

תרגום קהלת

TARGVM KOHELETH,

Hoc est,

CALDAICA PARAPHRASIS

ECCLESIASTIS,

LATINA FACTA,

Authore Petro Costo.

*Cui Salomonis Ecclesiastem ex translatione
vulgata, aduersum posuimus.*

Accessit Epistola in eandem sententiam.



LUGDUNI,

Apud Matthiam Bonhomme.

M. D. LIII.

CVM PRIVILEGIO.

תרגום קהלת

TARGVM KOHELETH,

Hoc est,

CALDAICA PARAPHRASIS

ECCLESIASTIS,

LATINA FACTA,

Authore Petro Costo.

*Cui Salomonis Ecclesiastem ex translatione
vulgata, aduersum posuimus.*

Accessit Epistola in eandem sententiam.



LUGDUNI,

Apud Matthiam Bonhomme.

M. D. LIII.

CVM PRIVILEGIO.



PETRVS COSTVS

AMICO LECTORI

תשועה

מעייז החביב נר"א . הנני מקריב
אליך הספר הזה . הוא תרגום
קהלת מועתק מלשון כשדית
אל לשון רומי ועל דעתי תהיה
ההעתקה הזאת מועילה לכל
הנוצרים המתעסקים בלשון עברית וכשדית . ואל
יפליא בעיניך אם תמצא קצת מקומות בזאת
המגלה שאינם מבוארים ומועתקים מלה במלה . כי
כבר גלוי לפניך שזה הדרך אינו דרך צחות גם
לא הרגילו המעתיקים ללכת בו . ואחלה פניך
שתאמין כי לא יצאתי מכוננת הספר . ולא שנית
ענינו כי תמיד היה לנגד עיני . ולא נפל ממנו
ארצה . ומכל מקום רציתי להועיל גם כן למי
שקצרה ידם בדיעת הלשון ההיא . ושמתי על
שפת הגליון את הפירוש מלה במלה במקומות
רבים אשר ראיתים צריכים אל זה . ואשחרך
שתקבל טרחנו זה בלב טוב . ואם נכח
תעשה אוסף לפרש ולהעתיק ספרים אחרים
יהיו לך לעזר רב כי חגם אתה ותבין דבר
מתוך דבר .

A ij



VIA in hac Caldaica translatione de quibusdam Hebræorum mensibus obiter dicitur, de illis aliqua adijcienda putauimus. Habent enim Hebræi duodecim menses, quibus accedit decimustertius עיבור Ibbur, hoc est, Intercalaris, qui & illis וואדר Veadar, id est, & Februarius nominatur.

Horum autem nomina sunt,

ניסן	Nisan,	<i>Martius.</i>
אייר	Iiar,	<i>Aprilis.</i>
סיון	Siuan,	<i>Maius.</i>
תמוז	Tamuz,	<i>Iunius.</i>
אב	Ab,	<i>Iulius.</i>
אלול	Elul,	<i>Augustus.</i>
תשרי	Tisri,	<i>September</i>
מרחשון	Marhesuan,	<i>October.</i>
כסליו	Kisleu,	<i>November.</i>
טבת	Tebeth,	<i>December.</i>
שבט	Sebat,	<i>Ianuarius.</i>
אדר	Adar,	<i>Februarius.</i>



ECCLESIASTES
SALOMONIS
EXVULGATA
EDITIO -
NE.

תרגום קהלת

HOC EST,

CALDAICA PARAPHRASIS ECCLESIASTIS, LATINA FACTA.

CAP. I.

CAP. I.

VERBA Ecclesiastæ filij David Regis Ierusalem.



VERBA Prælagitionis, quam vaticinationator Salomon, filius David, Rex

2 Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Ierusalem. 2 Cum diuinationis spiritu præuideret Salomon Rex Israël, regnū Rehabam filij sui cum Ierabaam filio Nebat diuifum iri, & imminentem Ierofolymis & templo vastitatem, populūq; Israël, captiuum ductum iri, ait: Vanitas vanitatum mundus iste: vanitas vanitatum id omne, cui ego & pater operam dedimus, omne inquam, vanitas. 3 Nam quid tandem reliquū est homini, postquā è vita discessit, ex omnibus studijs suis quę eum sub sole in hac vita occupatum tenuerūt, præter studium legis: vt aliquando futuris

3 Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole?

seculis, diligentiae suae à Domino Deo expensum ferat? 4 Dicit item Salomon Rex in spiritu praesensionis, Optima sane iustorum recordatio & series, quae propter veterum post generationis peruersae scelera ex hac vita migrat: terra etiam omnibus seculis costans & perpetua, ut quotidie impendentem mundo vindictam ferat. 5 Et quidem ab orientis plaga primo die oritur sol, & ad vesperam in occasum vergit, & in locum suum quasi obrepens, abyssorum iter conficit, sub ipsamque auroram ex eo quo nudius tertius constiterat loco, illucet. 6 Cursu suo interdiu per Meridiam incitatus, nocte ad Septentriones tendit, & per abyssorum iter rediens, in ipsa Nilan & Tamuz conuersione, ad eam partem vergit, quae est Meridie versus. Rursus vero per circuitus suos in regressu Tifri & Tebeth, reuertitur ad eam partem, quae ad Septentriones pertinet. Mane quoque tanquam per fenestras ortus egredies, ad multam vesperam in occasum venit. 7 Omnes fluuij & aquarum riui in Oceanum excurrunt, cuius ambitu tanquam annulo mundus continetur. Cumque per cuniculos & abyssi commata, quo ex loco defluerunt fluuij, eodem ferantur, Oceanus ipse nullo completur modo. 8 Ac in perspiciendis rebus futuris, anxie

versati

4 Generatio praeterit, & generatio aduenit, terra autem in aeternum stat.

5 Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens,

6 Gyrat per Meridiam, & flectitur ad Aquilonem. Lustrans uniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.

7 Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum unde exeunt flumina, reuertuntur, ut iterum fluant.

8 Cuncta res dif-

ficiles, non potest eas homo explicare sermone: non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.

9 Quid est, quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quid est, quod factum est? Ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum:

10 Nec valet quisquam dicere, Ecce, hoc recens est. Iam enim praecessit in seculis, quae fuerunt ante nos.

11 Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem, quae postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo.

12 Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalem:

versati sunt veteres illi Prophetae, neque finem unquam consequi potuerunt: quandoquidem nec fas homini videri possit, de his quae longè post sunt futura, verba facere: cum nec euertura oculuscernere, nec audiendis mortalium rebus, auris expleri possit. 9 Quod iam ab antiquo fuit, id certè post euerturum est, & quod primis illis temporibus factum est, id etiam sub seculorum exitum fiet: neque hic sub sole, neotericum quicquam reperias. 10 Detur etenim res, de qua facile quisquam praedicet: Vide, nouum inuentum est: verumtamen veterum memoria, id aliquando contigit. 11 Ac profecto praeteritarum nationum memoria non extat, nec earum quae post futurae sunt recordatio erit ijs, qui temporibus Regis Messiae victuri sunt. 12 Cum igitur Salomon Rex sedisset in throno Imperij sui, rebus secundis plus aequo elatus, edictum Dei transiit, comparauitque equitiam, lecticas & equites multos: magnam praeterea auri & argenti vim congregauit, & affinitate cum exteris nationibus coniunctus est: qua re vehementer commotus Dominus in eum Asmodeum daemoneum Regem immisit, qui illum regno priuaret, & annulum de manu eius extraheret, perfectumque est, ut ille vagus & profugus orbem peragraret, hominesque increparet: rediensque

A iij

ad prouincias & loca terræ Israël, neq; continēs lachrymas, sic vociferabatur: Ego Ecclesiastes olim Salomō appellatus, fui Rex in Ierusalē. 13 Animumq; adieci vt postularē prudentiā à Domino, illo ipso die, quo in Gibeon apparuit mihi, vt probaret me & sciscitaretur quidnā esset, quod eum rogandum existimarē. Neq; verò ab eo aliud quicquam contendi, quā sapientiam: vti possem inter honestum & turpe in his omnibus rebus quę sub sole vsuuenire consueuerunt, iudiciū & scientiam adhibere. Animaduertiq; facinorosa illa hominum opera malum quiddam hominibus à Deo datum, vt in eo seipsos conficerent. 14 Vidi opera hominum, quę sub sole hoc in orbe fiunt: hæc, inquam, omnia sunt vanitas, & animi molestia. 15 Vir cuius femita in hac vita extra legem posita est, si moriens seipsum non recipit, iam non potest post extremum diem dirigi. Atq; ad eò qui legem & mandata viuens non compleuerit: post mortem in eo non erit, vt in horto amœnitatis cum iustis recenseatur. 16 Mecum igitur sic animo reputans dixi: Processi prudentia, & omnibus ijs sapientibus præcellui, qui me in Ierusalem tempore antecesserunt, magnitudinēque, & cumulum prudentiæ & cognitionis animo

13 *Et proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus quę sunt sub sole: hanc occupationem pessimā dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea.*

14 *Vidi cuncta quę sunt sub sole: & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.*

15 *Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.*

16 *Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerūt ante me in Ierusalem, & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici-*

17 *Dedique cor meū vt scirē prudentiam, atque doctrinā, errorēsq; & stultitiam: & agnouī quòd in his quoque esset labor, & afflictio spiritus:*

18 *Eò quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & dolorem.*

CAP. II.

1 **D**IXI ego in corde meo, Vadam & affluā delicijs, & fruuar bonis: & vidi quòd hoc quoque esset vanitas.

2 *Risum reputavi errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis?*

3 *Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnē meā, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuiteremque stultitiam, donec viderē quid esset vtile filiis hominum, quod factopus est sub sole*

animo satis perspexi. 17 Méque ipse dedidi vt intelligerem sapientiā in gubernaculis & moderatione regni: arripuiq; animo scientiam & intellectum. Verum & hoc ægritudo spiritus est ei, qui totus in his peruestigandis versatur. 18 Homo etenim omni genere sapientiæ cumulatus, si offenderit, neq; tandem ad se fuerit reuersus, conflatur in se inuidiā & iram Domini, à quo ille auctus scientia fuerat. Quòd si in eunte ætate moriatur, secum ipse intestinam animi molestiam adauget.

CAP. II.



1 **M**ECUM verò tacitus dixi, Eia, probabo me in delicijs, & viuēs voluptatibus fruuar: & si fortè mole-

stia & ægritudines imprudentem me offendant, dixi & hoc vanitatem esse. 2 Itaq; de lætitia ipso calamitatis tempore sic sum locutus, Ridicula est: & de gaudio sic sensi, Quid tādē compendij homini accidere possit, quòd eo mirificè incensus fuerit? 3 Animum autem conuerti, vt inter epulas & potula corpus meum producerē, ducēque sapientiā sequerer: aut iuuenilem stultitiam ediscerem, donec mihi & probatum & perspectū est, quodnam

B

* Ad verbum, videbo in bono mundum hunc.

* Ad verbum, quòd illud fecerit.

tandem bonum in homines dimanare potest, ex his quæ dum hac fruuntur luce sub sole faciunt. 4 In extruendis sanè Ierosolymæ magnificis operibus multus fui. ædificauit mihi domos plurimas, sanctuarij opus in expiationem Israël, domum etiam regiam tabulatis compactam, cœnaculum præterea, & porticum. Item fori & iudicij domum ex lapidibus cæsis & cælatis, in qua sapientes & magistratus ius dicerent: feci tribunal sedem regni ex ebore & elephanto. * Institui in labne circuncirca vineas, vt ego & silentarij mei aliquando epularemur, & vinum nouum & vetus ad altare libaremur, 5 Plantauit hortos irriguos, & amœnitatis plenissima viridaria, vbi omnis generis olera seminavi, quæ ad victum & conuiuia, aut ad sanitatem vsui forent: herbas quoque olfactu nobiles adieci: item & arbores steriles & aromata ferentes, quas ad me dæmones & nocentes angeli ex India detulerant: omnes item arbores fructiferas. Horti autem termini erant à muro Ierusalem vsq; ad littus aquarum Siluah. 6 Adieci præterea ad domum conuiuij, aquarum fistulas ad arborum & herbarum irrigationem aptimè commodas, fecique ex eis castella & aquæductus, ad syluam varijs arbo

* Ad ver. plâ-
ta.ii.

Siluah.

numero dierum vite sue.

4 Magnificauit opera mea, ædificauit mihi domos, & plantauit vineas.

5 Feci hortos, & pomaria, & conserui ea cuncti generis arboribus.

6 Extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem syluam lignorū germinantium.

7 Possedi seruos & ancillas, multamque familiam habui: armeta quoque & magnos ouium greges vltra omnes, qui fuerunt ante me in Ierusalem.

8 Coaceruauit mihi argentum, & aurum, & substantias regū, & prouinciarū: feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum: scyphos, & urceolos in ministerio ad vina fundenda.

9 Et supergressus sum opibus omnibus, qui ante me fuerunt in Ierusalem: sapientia quoque perseverauit mecum.

10 Et omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum,

arboribus confitam, irrigadam. 7 Emi mancipia & ancillas ex filijs Ham, & reliquijs gentium exterarum. Habui rationales annonæ domus meæ præfectos, qui & me & domesticos duodecim mensibus anni exhiberent: alium verò qui mense intercalari idem præstaret. Possedi etiã armenta & greges, eoque genere omnes qui ante me in Ierusalem fuerunt, superauit. 8 Auri & argenti thesauros congregaui, conflauique ex auro pustulato stateras & pondera æqui & boni. Census quoque regum & prouinciarum mihi in tributum illati sunt. In domo verò sanctuarij feci modorum instrumenta, quibus Leuitæ in * faciendis victimis personarent, citharas inquam, & tibias, quibus inter pocula hymni decantarentur, & reliqua id genus oblectamenta hominum, thermas, & secundum eas ædificatos receptus, ex quibus aquæ tepidæ & calidæ nili ducerentur. 9 Deliciisque difluens opes congesti, cumulationes sanè quàm ante id tempus in Ierusalem habuerit nemo: idque sapientiæ meæ acceptum fero, quæ mihi auxilium præstabat.

10 Quicquid verò ad me referret amplissimi iudices, siue super sacro aut polluto, iusto aut turpi, eorū interpretationes nõ denegaui: neque lætitiã, &

* Ad verb. su.
per sacrificijs.

hilaritatem animo exclusi meo. Erat quoque otium summum in ea quæ mihi diuinitus data erat (qua quidem cæteris hominibus præstiti) sapientia, me ipsum reficere & recreare: ex eaque summam laboris mei voluptatem cepi. Et hæc profectò est optima pars, quæ mihi iam olim constituta est, ut ex ea venturis seculis, omnium molestiarum perfectam mercedem capiam.

ii Cogitatione autem sum conuersus ad omnia ea opera, * in quibus anxie sum versatus, eosque labores, in quibus me ipsum torfi: hæc verò omnia nihil nisi vanitas & animi ægritudo: neque aliud ex eis reliquum est in hac vita, quam perfecta illa bene actæ vitæ post mortem merces.

12 Animo etiã lustravi sapientiam in regni administratione, & intelligentiam. Quid enim confert homini uti deprecatione, lata iam à Rege sententia, quum iam supplicium ut de eo repetatur, decretum est? 13 Perspexi etiam spiritu prophetiæ, in quo sapientia stultitiæ dignitate antecedit: & tantum sanè, quantum diei lux tenebris noctis præstantior est.

14 Sapiens enim vel à principio, quæ post euentura sunt animo cernit, orantque infausta Dei iudicia ab hominibus auertit & retardat: sed noui quòd si non orauerit sapiens, neque ex orbe infel-

* Ad ver. quæ fecit manus mea.

quin omni voluptate fruere, & oblectaret se in his quæ preparauerat. Et hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo.

ii Quumque me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole.

12 Transiui ad contemplandam sapientiam, erroresque, & stultitiã. Quid est, inquam, homo, ut sequi possit Regem factorum suorum?

13 Et vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitiã, quantum differt lux à tenebris.

14 Sapiens oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et didici quòd vnus vtriusque esset interitus.

15 Et dixi in corde meo, Si vnus & stulti, & meus occasus erit, quid mihi prodest, quòd maiorem sapientiam dedi operam? Locutusque cum mente mea, animaduerti quòd hoc quoque esset vanitas.

16 Non enim erit memoria sapientis similiter ut stulti in perpetuum: & futura tempora obliuione cuncta pariter operient. Moritur doctus similiter ut indoctus.

17 Et idcirco tæduit me vita mea videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem, & afflictionem spiritus.

18 Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laboravi habiturus heredem post me.

infelix illud decretum depulerit, quum in mundum veniet vindicta, omnes eodem euentu censerit. 15 Apud me autem sic egi: * Quemadmodum euenit Sauli filio Kis, idem quoque & mihi accidet. Hic enim in stultitia sua legis defertor, dicto Domini quod ei super Amalech mandatū fuerat, audiens esse noluit, deciditque de maiestate Imperij sui: quod mihi etiam idem eueniet. Quare igitur eo sapientior fui, nisi quòd iure meo dicere possim, & hoc vanitatem esse, idque ex edicto summi Dei proficisci? 16 Iam verò non est memoria in vita futura prudentibus cum stultis: & simul atque homo è viuis decedit, & ea quæ temporibus suis acciderunt, & quæ post eum eueniunt, omnino obliuione conteruntur. Quare igitur existimabunt homines eundem iustorum & sceleratorum euentum esse?

17 Odi certè improbam vitam degeneres. Neque enim nisi grauata ferre possum nefaria illa facinora, quorum homines hoc in orbe sunt perquam studiosi. Omne enim vanitas, & molestia spiritus. 18 Odi etiã labores, qui me in hac vita sub sole versarunt. Quod enim relinquetur Rabaam filio meo, qui mihi in regnum succedet, insurgens Ierabaam seruus eius, decem tribus de manu illius auferet, & cum

* Ad ver. sicut euentus Saulis filij Kis, ego Rex.

eo in societatem regni veniet. 19 Cui verò probè iudicatum est, sapiens erit an stultus Rex, qui mihi successor futurus est, quique in omnibus his laboribus quibus hîc operam dedi, in iis que rebus, quas ego bene & prudenter in hac vita gessi, imperabit. Stupens igitur mecum sic animo reputavi, & hoc vanitatem esse. 20 Conuersusque sum ut mentem adducerem ad eas sollicitudines, quibus ut nonnulla acquirerem planè ipse sum confectus: & sapiëntia in rebus gerendis hoc in orbe processit. 21 Homine enim inuenias cuius summum in sapientia, cognitione rerum, & iustitia studium erit: is absq; liberis ex hac vita migrans, cui non vigilauerit, sua tanquam illius partem derelinquet. Nunquid & hoc vanitas & insigne malum? 22 Quid enim homini ex his curis & concursationibus, quibus se sub sole viuens tam studiosè addixit, compendij accedere potest? 23 Cùm omnes dies calamitosissimi & indignitatis plenissimi, illi illuceant: nec à tot cogitationibus animi, somnum & quietem impetrare queat. & hoc certè est vanitas. 24 Igitur qua alia re summum hominis bonum censerì possit, quàm ut edat & bibat, * seque in luce omnium lautissime accipiat, faciatq; que præcepta sunt, & eam

* Et coram filiis hominum, animæ suæ bonum ostendat.

19 *Quem ignoro
vtrum sapiens, an
stultus futurus sit.
& dominabitur in
laboribus meis, qui-
bus de sudari, &
sollicitus fui. & est
quicquam tam va-
num?*

20 *Vnde cessavi,
renuntiauiq; cor-
meum ultra labo-
rare sub sole.*

21 *Nã cùm alius la-
boret in sapiëntia, et
doctrina, & solici-
tudine, homini otio-
so quæ sita dimittit,
& hoc quoque va-
nitas & magnum
malum.*

22 *Quid enim pro-
derit homini de vni-
uerso labore suo,
& afflictione spi-
ritus, quæ sub sole
cruciatum est?*

23 *Cuncti dies eius
doloribus & aru-
mnis pleni sunt, nec
per noctem mente
requiescit. & hoc
nonne vanitas est?*

24 *Nonne melius
est comedere, &
bibere, & ostende-
re animæ suæ bona*

*de laboribus suis?
& hoc de manu
Dei est.*

25 *Quis ita vorabit,
& delicijs affluet
ut ego?*

26 *Homini bono in
cõspectu suo dedit
Deus sapiëntiam, &
sciëntiam, & lati-
tiam: peccatori au-
tem dedit afflictio-
nem, & curam su-
perfluam, ut addat
& congreget, &
tradat ei, qui pla-
cuit Deo. sed &
hoc vanitas est, &
cassa sollicitudo me-
tis.*

CAP. III.

1 **O**MNIA tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub celo.
2 Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est.

eam viam ingrediatur, quæ sibi probatur magis, ut tandem illi pro labore bene & feliciter eueniat. Mihi enim ita se res habet, cùm homini in hac vita secundum animi sententiam omnia accidunt, hoc à summo Deo ita esse decretum, ut ei sic eueniret. 25 Ecquis quæso vel in sententia legis vigilatior fuit, vel circa summi illius venturi iudicij diem sollicitus magis quàm ego? 26 Deus enim ei, cuius opera recta sunt, concedit in hoc mundo sapiëntiam & cognitionem: tandem quoque venturo seculo latitiam. Improbo verò subijcit malum quiddam, ut opes congreget, congeratque res multas mancipi, ut aliquando ab eo receptæ, illi quem elegerit Deus transcribantur. Hoc etiam est vanitas impio & animi ægritudo.

CAP. III.



1 **O**MNI sanè homini tempus constitutum est, & cuiusq; rei sua est dies & vicissitudo.
2 Nam & aliquando * definitum est tempus liberorum procreationi & soboli: est verò & tempus ferocientes & contumeliosos filios ad pœnam deposcendi, ut illi ex præscripto iudicium lapidibus obruantur:

* Ad ver. tempus electum. Et sic infra semper, ubi de temporibus agitur.

sicut tempus & consitionibus & euulsionibus arborum suum est. 3 Tempus saepe exoptulat in bello omnia flammis & ferro miscere, aliud verò malè habentibus mederi. Sic & tempus est domos solo æquandi, & tempus aliud est collapsa restituendi.

4 Tempore suo desendi sunt ægri, & alio tempore hilaritate & risu recolligendus est animus. Statuta die lugendi sunt mortui, & alia die gaudio exultandum est. 5 Tempus est aceruum lapidum proijciendi, & aliud etiam ad ædificium lapides congregandi. Suo tempore ad uxorem viro est aditus, septem verò diebus luctus longè ab ea recedendum est. 6 Tempus est opibus disquirendis statutum, & aliud quæ sitas longè à se abdicandi. Certo tempore res sunt seruandæ, tempore verò sæuientis tempestatis, in mare iactura facienda est. 7 Die sua super mortuo vestis est concidenda, & tandem etiam fractura farcienda est. Aliquando ponendus est orationi & precibus modus, aliàs verò contentione

verborum vtèdum. 8 Quodam tempore nos inter nos amemus necesse est, alio verò sceleratos odisse debemus. Tèpus est bello decertandi, aliud etiam pacis faciendæ. 9 Quis verò cōferre potest homini labor quo assidue

3 Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus ædificandi.

4 Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus saltandi.

5 Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. Tèpus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.

6 Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus custodiendi, & tempus abiiciendi.

7 Tèpus scindendi, & tempus consuendi. Tempus tacendi, & tempus loquendi.

8 Tèpus dilectionis, & tempus odij. Tempus belli, & tempus pacis.

9 Quid habet amplius homo de labore suo?

10 Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, vt distendatur in ea.

11 Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usque ad finem.

in thesauris cumulandis, & opibus disquirendis frangitur, nisi propitio & dextro aliquo superiore sydere vtatur? 10 Vidi sanè supplicia, & ærumnās à Deo hominibus datas, quibus scelerati affligerentur. 11 Prophetico spiritu loquens Salomon ait, Omnia fecit Deus tempore suo pulcherrima. * Opportunum enim iudicauit, vt ea quæ temporibus Ierabaam filij Nebat dissensio fuit, futura tamen vt in tempus Sebaa filij Bicri conferretur, paululum sustineretur, & temporibus Ierabaam eueniret. si enim diebus Sebaa contigisset, domus sanctuarij vix temere fuisset ædificata, propter aureos illos vitulos, quos impius Ierabaam conflauit: quorum vnum in Beth-el, alium in Dan consecrauit: & stationarios milites totis itineribus scripsit, vt sacrificia & festorum dierum victimas antiquaret. Quæ controuersia vsque dum construeretur templum, paululum retardata est. Quocirca neque remissior factus est Israël in ædificando. Verùm & descriptum illud & excisum in lapide Sathio nomen, eos lauit: præsciebat enim sceleratas eorum cogitationes. Quod quidem nomen si quisquam potuisset animo complecti, in eius vsu versatus, inuenisset quæ nouissimis temporibus sub

C

* Ad ver. occidere.

* Ad ver. tempus electi, vt amet vnus socium suum.

* Ad ver. quod cōueniens fuit.

Lapis Sathius..

finem seculorum futura sunt. Dies etiam vitæ extremus eos latuit, ne homini exploratum esse possit, quid à capite ad rerum calcem euerturum esset. 12 Dixit verò spiritu prophetiæ Salomon rex, Perspectum mihi est nihil aut melius, aut præstantius hominibus datum, quàm vt gaudio legis seipfos recreent, totamque vitam optimis operibus transigant. 13 Atque adeò qui ederet & biberit, sibi que toto æuo indulserit, & filijs moriens fructus laboris sui reliquerit, * hoc ipso videatur summo beneficio affectus à Deo. 14 Peruidi etiam quæ fecit Dominus in hoc mundo probis & insipientibus. Quod enim decretum est ab eo, hoc erit constans & perpetuum: neque ad illud homini licet vel addere vel derogare. Quùmque in mundum aduenerit vindicta, * credenda est dimanasse à summo Deo, vt cum homines obseruent & colant.

* Ad ver. donum est quod illi datum est à Deo.

* Ad ver. hæc fecit dominus.

* Ecce hoc quondam, vt eueniret.

* Ferè semper in Caldeo habetur, in hoc orbe sub sole: quæ sæpe prouidens omni.

15 Quod iam ab antiquo fuit, * sic tunc affectum erat, vt iterum eueniret: quodque sub seculorum exitum futurum est, hoc & iam acciderat: summòque illo die repetet Dominus pauperem & afflictum de manibus scelerati, qui illum pessimis habebat modis. 16 Iterumque sub sole vidi forum iudicij, in quo conscripti corrupti iudices, innocuos cond

12 Et cognoui quod non esset melius, nisi latari, & facere bene in vita sua.

13 Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est.

14 Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum. Non possumus eis quicquam addere, nec auferre quæ fecit Deus vt timeatur.

15 Quod factum est, ipsum permanet. Quæ futura sunt, iam fuerunt, & Deus instaurat quod abiit.

16 Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.

17 Et dixi in corde meo, Iustum & impium iudicabit Dominus & tempus omnis rei tunc erit.

18 Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs.

19 Idcirco vnus interitus est hominis & iumentorum, & aqua vtriusque cõditio, sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati: 20 Et omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur.

condemnarent, nocentesque sententijs suis absoluerent: & locum in quo inuenitur iustus, prætereà & impius qui ei præsit, propter peccata generationis huius. 17 Verum sic mecum tacitus dixi, Summo illo iudicij die, iustos & impios iudicabit Deus: omniq; operi statutum est tempus: deque his omnibus, quæ in hoc orbe gesta sunt, ibi * referetur. 18 Sic etiam apud me sum locutus, Quum sepe numero dolores & pessimæ ægritudines hominibus accidunt, * hoc sic à Deo esse statutum, vt eos periculo aliquo probet, videatq; nunc ad pœnitentiam adducantur, vt dimittatur eis & sanitatem recipiant: impij verò pecudis vitam degentes, neq; ad se redeunt, his arguantur, vt malè illis eueniat. 19 Verum & hominis impij & bruti immundi idem euentus est: & quemadmodum polluta bestia moritur, sic & vita defungitur is, qui ante fati diem seipsum nõ receperit: & spirabilis amborum anima identidem in omnibus indicatur. Reliquum verò scelerato homini à bestia immunda nullum est, præter ipsum sepulchrum: verum omne vanitas. 20 Omnia in vnum locum receptum habent, quique terram inhabitant, omnes ex terra creati sunt, & ex hac vita migrantes in puluerem conuertuntur.

* Iudicabitur.

* Hoc fecit Deus vt tentet vt probet eos.

* Quis ille sapiens.

* In altum ad firmamentum.

* Exhilarat cor suum. Ferè semper ubi Caldeus habet cor, verimus animum.

21 * Quis quæso, tantum sapientia excellit, ut ei exploratum esse possit, num animi hominum in * cælum pervolent, spiritus verò brutorum animalium defixus humi iaceat? 22 Tãdemque perspicio nihil esse in hac vita melius, quàm ut exhilaretur homo in optimis operibus, comedatque & bibat & * animum lætitiâ afficiat. Hæc enim ei optima pars in hoc seculo assignata est, ut futuram sibi vitam conciliet. Cur enim sic apud se loquetur homo, Quorsum mihi diuitiarum mearum erogatio, ut iustitiam colam? Satius est, ut eas liberis meis relinquam, aut me ipsum extrema senectute tuear. Quis enim ipsum adducet ut videat quæ post eum futura sunt?

C A P. I I I I.



* A manu affigentium.

* Et non est ad liberandum eos de manu affigentium in forti manu & vi.

1 **Q**UONVERSUS etiam animo, vidi contumelias, quibus in hac vita afficiuntur à * contumeliosis iusti: neque reperias hominem, qui eis aliquam consolationem afferat, * aut opprimentium iniurias, vi & armata manu ab eorum cervicibus depellat, illòsque aliqua ex parte leuet. 2 Defunctos ergo qui dudum ex hac vita migrarunt, nihil earum poenarum vident-

21 Quis novit si spiritus filiorum Adæ ascendant sursum, & si spiritus imbecillorum descendat deorsum?

22 Et deprehendi nihil esse melius, quàm lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, ut post se futura cognoscat?

C A P. I I I I.

1 **V**ERTI me ad alia, & vidi calumnias quæ sub sole geruntur: & lachrymas innocentium: & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos.

2 Et laudavi magis mortuos, quàm viuentes.

videntes quæ futuro seculo post mortem hominem consequuntur, laudavi magis, quàm qui * adhuc hac fruètes luce varijs ærumnis & calamitatibus conficiuntur. 3 Sed ambobus felicior

* Viunt in hoc mundo in ærumna usque adhuc.

3 Et felicior utroque iudicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt.

4 Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animadverti patere invidia proximi: & in hoc ergo vanitas, & cura superflua est.

est, qui in rerum natura nunquam fuit, neque unquam creatus est: non enim scelerata illa opera vidit, quæ toto orbe sub sole fiunt. 4 Aspexi etiam laborem omnem, & eorum quæ faciunt homines decorum. Quid enim aliud est quàm quædam veluti invidia atque emulatio, qua alteri emulatur quisquam, ut * illum imitatio consequatur? Verum si in aliquem zelotypia ducitur, ut sicut ille, optima gerat & præstatissima, bellissimè cum eo agat Deus. Quod si alicui in malum emulatur, * ut cum illo in consuetudinem illius licentiæ veniat, pessime à Domino multabitur: estque impio

* Faciat sicut ille.

* Ad faciendum sicut malum eius.

5 Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas,

inanitas & animi morbus. 5 Stultus ætate * manibus blauditur suis, & veluti eas osculis complectitur, neque se labori vult addicere. Ex quo efficitur ut hyeme sua omnia concoquat, atque adeo vestiarium, operimentum corporis sui. 6 Melior sanè est homini plenus cibi pugillus in tranquillitate animi, & à furto & rapina alienus, pugillis duobus cibo refertissimis vi & concussione conquestis. Nam & hos aliquando in iudicio repensurus

* Vadit, & manus suas osculatur.

6 Dicens, Melior est pugillus cum requie, quàm plena utraque manus cum labore, & afflictione animi.

est, summa sua molestia & animi perturbatione. 7 Conuersus igitur vanitatem vidi, quæ vt hoc mundo eueniret iam pridem statuta est. 8 Est vir solus qui nec secundum habet, illi nec filius, nec filia, nec frater est, qui hæreditatis iure bona illius capiant: nec tamen vllum laborandi finem facit, nec diuitijs expleri oculus eius potest: neque secum sic loquitur, Cui tãdem me excrucio, & geniũ defraudo meum? Iã nunc surgam ego, & ex substantia mea iustitiã colã, & cum labor gaudio in hac vita cũ hominibus, futuro verò seculo cum iustis: & hoc sanè vanitas est & res pessima. 9 Meliores iusti duo in generatione vnico: & hi quidem ad syderum rationẽ se ipsos componentes, & verbis annuẽtes paratã illis esse futura vita mercedẽ optimã, eius laboris quo se ipsos vt æquales suos enutrient, impendio defatigarunt.

* Si ceciderit vnus ad lectũ & æger recuperabit.

* Per meritũ suum surget à morbo.

10 * Si ergo eorũ vnus eger lecto recubuerit, alter precibus ad Deũ fufis, eũ à lecto excitabit. Si verò qui solus est in familia sua iustus, ægrotus iacuerit, nõ est illi in cognatione sua comes, qui pro illo oret: sed * suo ipsius merito à morbo recreetur necesse est. 11 Accedit quòd si vir & vxor cubitum discesserint, mutuũ sibi hyeme calorẽ præstãt: vnus autem qui tandẽ incalescet?

7 Consideras reperi & aliam vanitatem sub sole.

8 Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamẽ laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicẽs: Cui laboro & fraudo animam meã in bonis? & in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima.

9 Melius est ergo duos esse simul, quã vnũ: habet enim emolumentũ societatis suæ.

10 Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Vt soli, quia quum ceciderit, non habet subleuantem se.

11 Et si dormierint duo, fouebũtur mutuo: vnus quomodo calefiet?

12 Et si quispiam prauauerit contra vnũ, duo resistũt ei. Funiculus triplex difficile rum pitur.

13 Melior est puer pauper, & sapiens, rege sene & stulto, qui nescit prauere in posterum.

14 Quòd & de carcere, catenisque interdũ quis egredietur ad regnum: & alius natus in regno, inopia cõsumatur.

15 Vidi cunctos viuentes, qui ambulãt sub sole: cũ adulescẽte secundo qui cõsurgat pro eo.

12 Quòd si erumpat vir flagitiosus & potens, cuius reproba opera propensitate quadam ferantur in occasionem inuehẽdæ in hunc orbẽ vindictę, probibunt iusti duo ex aduerso, qui meritis suis imminentem hanc vindictam auertãt. Quã ergo excellentes sunt iusti tres in generatione, quibus merces scripta est: similes sanè propugnaculis triplici ordine, quæ nisi ægre expugnari nequeunt. 13 Melior Abraham infans & pauper, à Domino spiritu prophetiæ auctus, cuiq; tres annos nato cognitus est Dominus, longẽque à cultu illo nefando abfuit, ipso scelera to Nemrot Rege sene & stulto, qui Abrahamum idolorum cultui non consentientem, in ardentem ignis fornacẽ iniecit: sed sensum illi obrepit portentum Domini, qui eum ab incendio liberauit: perfectũque est vt sapientia ipsum Nemrot fugeret, ne in posterũ admoneretur non seruire idolis, * quorum cultum antea adamarat. 14 Igitur à familia idolis seruientium ereptus Abraham, regnauit in terra Cananæorum, atque ad eò imperante Abrahamo in summam inopiam deductus est Nemrot. 15 Dicit igitur Rex Salomõ spiritu prophetiẽ à Domino ornatus vidi viuentes omnes ad defectionẽ à Rabaam filio meo properantes, & que

* Quæ coluerat ab antiquo.

* Erit cor eorum perfectū cū puero, ipse est Rabaam filius meus.

* Adver. Nō est finis omni populo.

* Vnde erit seipsum regēs per eos.

partem regni quæ Ierabaam filio Nebat assignetur, abscindentes: verum curiæ Binianim & Iehuda * cum filio meo Rabaam in fide permanebunt. Hic alter à me regnabit, erigétque se, & imperabit in Ierusalem loco hæreditatis suæ. 16 * Erit sanè infinita multitudo populi Israël, sapientiumque & iustorum, * quorum ille tutela & præsidio statum Reipublicæ contineat, qui quidem sapienter ei consulent vt iugum & onus illorum paululum subleuet. Sed viam stultitiæ ingrediens, summam consilij ad iuuenes referet, qui eum imprudenter adducét, vt in populum Israël onus regni aggrauet. Relinquens verò seniorum consilium, in posteriorum sententiam faciet discessionem. Qui re tandem perspecta mirabuntur, parumque voluptatis ex eo capient. In causa enim erunt, vt decem tribus occasione quæsita de eius Imperio decedant, quibus regnatus est nefandus Ierabaam. Dixi ergo & hoc vanitatem esse & molestiam animi filio meo Rabaam. 17 Tu igitur homo quum oraturus in templum pergis, obserua pedem tuum, neq; eò peccatis scatens & plenus venias, nisi prius ad terrediens patientem aurem accommodaris suscipiendæ à sacrificis & sapientibus doctrinæ legis. Neq; imitare stolidos

16 *In finitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum: & qui postea futuri sunt non latantur in eo: sed & hoc vanitas & afflictio spiritus.*

17 *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. Multò enim melior est obedientia, quam stultorum victima, qui nesciunt quid faciunt mali.*

dos homines, qui holocaustomata pro peccatis offerunt, neque tamen se à nefandis operibus quæ manibus quasi * concluderunt suis, auocant. Ideo Dominus animo placato ea non suscipit: cum nec illi inter bonum & malum facere discrimen norint.

* Apprehenderunt.

C A P. V.


C A P. V.

1 **N**E temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad profereendum sermonem coram Deo. Deus enim in celo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui.

2 *Multas curas sequitur somnia. & in multis sermonibus inuenietur stultitia.*

3 *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis, & stulta promissio: sed quodcumque uoueris, redde.*

4 *Multò que melius est nō uouere, quam post votum promissa non reddere.*



NE inconsulto sermone prorūpas * in verborum strepitum. * Neque præceptus animus tuus feratur, vt vim & orationis aculeos effundas, quum tu ad Deum deprecaturus venis. Nam in vniuersum orbem principatum obtinet Deus, sedetque in summo caelo, veluti sede gloriæ suæ: tu verò cum depressus humi iaceas, * in dicendo moderatione vttere. 2 Nam sicut cogitationes nostras somnia consequuntur, sic & stultorum vox ad verborum velinanium varietatem fertur. 3 Quum quid Domino uoueris, nescis aut tardior aut remissior ad dissoluendum: neq; enim Deus propensitate in stultos ducitur, qui in pollicitationibus suis plus æquo negligentes, nihil earum rependunt. Quod igitur uoueris redde. 4 Melius est enim non uouere, quam promittere & non explere.

* Ad confundenda verba oris tui.

* Neque cor tuum festinet ad educendum sermonem.

* Sint leuia verba oris tui.

D

* Ut causam
des Gehennæ
super ante cor-
pus tuum.

* Error est.

* Oppressio-
nem pauperū
& rapinam iu-
stitiæ.

* Qui desyde-
rat acquirere
pecuniam.

5 Ne sermones tuos peruertas, unde
* corpus tuū in iudicium Gehennæ de-
poscatur. Neque enim summo iudicij
die, crudeli Angelo qui tibi imperabit,
poteris prætexere, * Imprudens feci.
Tunc enim Dominus verbis quæ per
contumeliam dixeris, offensior factus,
opera manuum tuarum labefactabit.
6 Tot autem somnijs Pseudoprophe-
tarum, & diuinorum vanis responsis,
infiniteq; impiorū sermonibus ne fidē
dederis: sed sapiētes & iustos cole & ab
eis disciplinā quere, Deūque time.
7 Si * oppressos pauperes, & iustitiæ pa-
trimonium in aliqua ciuitate direptum
vides, ne commoueare, dicens, Qua-
randem voluntate in hæc omnia affe-
ctus est Deus? Ille enim ex summo cæ-
lo hominum opera & æqua, & iniqua
obseruat, virōque industrios & fortes
mittit, qui sceleratis imperēt, in eosque
principatum gerant. 8 Omnino autē
res omnes agricultura dignitate ante-
uertit. Si autem regni incolæ defece-
rint, & Rex oppido inclusus illis dedi-
tionem fecerit, quum iam cōmeatus
& frumentum deest, homini agricolę
venundabitur, & huius seruitutem su-
bire cogetur. 9 Mercator * luero
immoriens, & pragmaticus argento
congregando nunquam explebitur:
quique impēsius querendis opibus re-
tine-

5 Ne dederis os
tuū, vt peccare fa-
cias carnem tuam.
neque dicas coram
angelo, Non est pro-
uidentia: ne fortē
iratus Dominus cō-
tra sermones tuos
dissipet cuncta ope-
ra manuum tuarū.

6 Vbi multa sunt
somnia, plurima
sunt vanitates, &
sermones innumeri.
Tu verò Deū time.

7 Si videris ca-
lumnias egenorum,
& violenta iudi-
cia, & subuerti iu-
stitiā in prouincia,
non mireris super
hoc negotio: quia
excelsio excelsior
est alius, & super
hos quoque eminen-
tiores sunt alij.

8 Et insuper vni-
uersæ terræ Rex
imperat seruienti.

9 Avarus non im-
plebitur pecunia:
& qui amat diui-
tias, fructum non
capiet ex eis. &
hoc ergo vanitas.

10 Vbi multa sunt
opes, multi qui co-
medunt eas. Et quid
prodest possessori,
nisi quod cernit di-
uitias oculis suis?

11 Dulcis est so-
mnus operati, siue pa-
rūm, siue multūm
comedat: saturitas
autem diuitis non
sinit eum dormire.

12 Est & alia in-
firmitas pessima,
quam vidi sub so-
le: diuitiæ cōserua-
tæ in malum domi-
ni sui.

13 Pereunt enim
in afflictione pes-
sima. Generauit fi-
lium, qui in summa
egestate erit.

tinetur, futuro seculo à laude pluri-
mum aberit, nisi eas ad iustitiā cōferat.
Quæ enim merces in abliguriēdo pro-
uētū? Verūm & hoc vanitas. 10 Quo
tempore maior rerū vbertas est, auge-
tur etiā & hominum numerus vt his
vtātur. Quid ergo possessori cōfert eas
cumulare, nisi vt illis bonum faciat, vt

* aliquando parata illi futuro seculo
merces in oculis versetur? 11 Quam
verò suavis est somnus homini, qui in
sinceritate animi Dominū mundi co-
luerit: ei certē in sepulchro quies est &
tranquillitas, siue paululum vixerit,
siue multūm diūque ætate processerit.
Postquā enim in hac vita Deo ser-
uierit, futuro seculo mercedem ope-
rum suorum capiet. Prudentia quoque
legis Dei hominē multa sapientia præ-
ditum, quum in ea summā operam na-
uauerit, & in illius disciplina studiosē
fuerit versatus, sic in ipso sepulchro cū
eo requiescet, & solum non derelin-
quet: non aliter sanē quā mulier ma-
ritum suum iacentem non solet dese-
rere. 12 Est autem perniciosum ma-
lum quod vidi sub sole, cui medicina
non est: homo qui diuitias congregat,
* neque eas ad pietatē confert, parūm
sanē peruidens dierū finem. 13 Hæc
enim substātia illi in * perniciem ven-
turo seculo seruatur, & liberis suis

* Videat futu-
ro seculo mer-
cedem datā in
oculis suis.

* Neque facit
ex eis bonum
ad finē dierū.

* Ad malefa-
ciendum illi.

post mortem relicta omnino peribit. Quia enim malis artibus comparauerat, in filium eius non confirmabitur, nec illi quicquam erit reliquum.

14 Quemadmodum nudus ex utero matris prodijt in lucem, nullo vestimento, aut alio quouis bono ornatus, sic & ad sepulchrum reuertetur, omnibus certè meritis suis spoliatus. Ita enim hunc vitæ cursum erat ingressus. Neque enim aliquod dignum laboris sui præmium recepturus est, quem secum in id quò pergit seculum, * quasi specimen iustitiæ suæ in manibus circumfert.

* Ut sit in meritum in manu eius.

15 Estq; malum cui mederi nulla ratione possumus: sicut venit in mundum homo meritis priuatus, sic in * aliud seculum perget. Quæ nam igitur accessio illi esse potest, quòd laborauit vt ventum aucuparetur? 16 Quinetiam in tenebris mansit, * & solus epulatus est, multaque portenta vidit, & in ægritudine, & iracundia vitæ cursum confecit.

* Illud.

* Ut solus panem gustaret.

17 Hoc igitur intuens hominibus optimum vt hîc in eo versarentur, iudicauit: vt edant scilicet & bibant fructum laborum suorum, sic tamen vt manus * à vi & furto continentes habeant, & dicto legis audientes, afflictos opibus * tueantur suis: & in omnibus sudoribus quibus seiplos in hoc seculo

* Ad vim & furtum nò extendant.

* Misereantur.

toto

14 Sicut egressus est nudus de utero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo.

15 Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventum?

16 Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & incuris multus, & ærumma, atque tristitia.

17 Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, quo laborauit ipse sub sole numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus, & hæc est pars illius.

18 Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atque substantiam, potestatemque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donum Dei.

19 Non enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eò quòd Deus occupet delicijs cor eius.

C A P. V I.

1 Est & aliud malum, quòd vidi sub sole, & quidem frequens apud homines,

2 Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiã, & honore, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & miseria magna est.

toto vitæ spatio, quòd homini in sydere suo à Deo assignatum est, malè habuerunt, sibi bellissimè consulant. Hęc enim illius pars est: extra quã dari potest nulla. 18 Cum quo enim sic feliciter egit Deus, vt ei diuitias & opes adderet: & his in hoc seculo frui, iustitiam & pietatem colere, dignamque futura vita mercedem recepturum cum iustis in labore suo degere hilariter concederet: * nunquid hoc munere iudicetur esse auctus felici sydere, à summo Deo?

* Ecce hoc munus quòd datum est illi.

19 Neque verò tantum ætate prouehitur quisquã, vt dierum suorum * reputationem facere possit, quot ex illis felices & quot calamitosi illucebunt. Non enim ex voto & arbitrato hominibus dati sunt: sed à Domino decretum perscriptum est, quot ille dies * in luctu, quotque in animi tranquillitate sit tranfacturus.

* Meminerit.

* Affligetur.

C A P. V I.



1 ST & * error quem sub sole vidi, qui inter homines sanè perquam multus est.

* Malum.

2 Homo cui dextro sydere adiecit Dominus patrimonium, dignitatem & opes, cuiq; nihil eorum deest, quæ ad animum suum pertinere existimauerit, his tamen illi per Dominum propter malefacta sua vt non li-

D iij

* Non misereatur agnati ad illum hereditandum.

* Conuertentur.

* Ut esset memoratus.

cet, sed sine liberis è vita decedit, * neq; aliquem agnatū sibi in hæreditatis spē adoptabit: vxor autem eius extero nuptum collocabitur: ad quem in hereditatem & vsum venient quæcunq; per sordes acquisierat, nec ex his quicquā boni egerat. Illi ergo * ascribentur tot opes in vanitatem & pessimam egritudinem. 3 Si centum liberos genuerit aliquis, multosq; annos vixerit, totāmq; ætatem in imperio & amplitudine egerit, neq; tamen se bonis expleuit suis, quòd diuitiarum esset amantissimus, neq; optimam sibi existimationē peperit, tandēmq; honore sepulturæ priuetur, prædicauit eo feliciorē abortiuum esse, qui hanc lucem ne aspexit quidem. 4 Nam & cum summa inanitate in mundum venit, & in tenebris nomen eius delituit, quòd longissimè à iustitia abesset, neq; nomen bonum conciliaffet, vt * memoriam sui ab iniuria mortalitatis assereret. 5 Nam & legis lucem non peruidit, neq; boni & mali cognitionem perspectam habuit, vt huius aut futuri seculi delectum faceret. 6 Si enim bis mille cōpleffet annos, neq; in lege operā dedit, & sacramento apud Dominum obstrictus iudicium & iustitiam non fecit, sub mortis diem illius animus præceps in tormenta fertur, ad eum locum quò etiā

3 Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non utatur bonis substantiæ suæ, sepultura que careat: de hoc ego pronuntio, quòd melior illo sit abortiuus.

4 Frustra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius.

5 Non vidit solē, neque cognouit distantiam boni & mali:

6 Etiam si duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis. Nonne ad unū locum properant omnia?

proper

7 Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur.

8 Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc ubi est vita?

9 Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. Sed & hoc vanitas est, & presumptio spiritus.

10 Qui futurus est, iam vocatū est nomen eius: & scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiores se in iudicio contendere.

11 Verba sunt plurima, multāque in disputando habentia vanitatem.

properant scelerati omnes. 7 Omnis defatigatio pro cibo ab homine suscipitur, qui tamen facile verbo Domini educitur. Neq; hominis animus esculentis & potulentis satiari potest. 8 Verūm quid prudenti homini amplius est in hac vita quàm stulto, propter improborū cœtus, à quibus male accipitur? Et quid, inquam, ei homini afflicto factu opus est, nisi vt in lege Dei animum aduertat, vt possit cognoscere quò tandem sit proditurus, proditurus inquam, * in oculis iustorum ad hortum voluptatis?

9 Melius est homini ad futurum seculum gaudere, iustitiam colere, & summo iudicij die bonam mercedem operum suorum recipere, quàm hanc vitam in calamitatibus & animi perturbationibus ingredi. hoc enim scelerato homini vanitas est & afflictio spiritus. 10 Quod in hoc orbe fuit, dudum sanè nomen eius * auditum fuerat, atque ab ipsis Adami primi seculis cognitum, & omne à sententia Domini dimanat, neque licet homini cum Deo longè potentiore, in iudicio * contendere. 11 Sunt certè in hoc seculo res innumerabiles, vanitatis plenissimæ, quibus operam dare quid compendij homini accidere potest?

D iij

* Coram.

* Vocatum.

* Insurgere.



VID verò aliud notitia possis comprehendere, quod homini ad salutem conferat, præterquam ad legem (quæ sola huius seculi vita nominanda est) omni studio incumbere. Reliqua verò vanitatis suæ ætas quam confecit, ipso mortis tempore, illi velut umbra æstimatur. Quis quoque homini renuntiabit, quod post eum euenturum est in hac vita? 2 Præstantior est optima existimatio, quam sibi quærunt in hac vita iusti, oleo excellenti, quo regum & sacerdotum capita inunguntur: & melior dies quo iacuerit homo, & * in tumulum bono nomine & meritis clarus, elatus fuerit, quam ille ipse dies, quo improbus in lucem venit. 3 Melius est hominem molestia affectum, ut eum consoles, adire: quam ad domum conuiuij & poculorum, in qua susurriones adfunt, contendere. Luctuosa enim domus omnibus in scopum & finem, ut eò proficiscantur, proposita est: omnibusque mortis decretum statutum est. Igitur in ærumnosam domum se recipies vir iustus, * ad pœnitentiam adducetur, & mortis sermones in animum inducet

* In domum sepulchri inductus in bono nomine & meritis.

* Et vini.

* Conuertetur.

Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignorat quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ, & tempore quod velut umbra præterit? Aut quis ei poterit indicare, quid post eum futurum sub sole sit? 2 Melius est nomen bonum, quam unguenta pretiosa, & dies mortis die natiuitatis.

3 Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit.

ducat suum: & * si aliquo in errore versetur, illum deferens ad Deum faciet conversionem. 4 Vtilior est iracundia, quam mundi Dominus in hac vita in iustos excandescit, risu quo cum impijs iocatur. Nam in seueritate vultus Dei,annonæ caritas, & vindicta in orbem peruadunt, ut iustorum animus melior fiat, & oratione Dominum deprecetur, ut ad ea miseratione moueatur. 5 Sapiens animus euerfionem templi luget, & mœrore conficitur secum reputans exitium domus Israël. Excordes autem gaudio elati in domo * lætitiæ epulantur & bibunt, seque lautè accipiunt, neque memoria repetunt calamitates * fratrum. 6 Præstantior est qui in concione & domo disciplinæ comoratur, ut sapiētis increpationes circa legem intelligat, quam qui ad harmoniam stultorum audiendam se confert. 7 Quid enim aliud est vox stultorum risus & iocos agentium, quam spinarum sub aheno ardentium quidam quasi strepitus & sonus? Et hoc certè vanitas est. 8 Vis autem sapientem fallit, quod à sua ipsius via se reuocat, & sermone deprauato prudentiam sapiētis animi labefactat, qui à Deo homini dono datus est. 9 Melior lōgè est negotij exitus ipso principio. Nam rei vestibulo, iudicari nequit quis tandem exitus consequatur: at rei

E

4 Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.

5 Cor sapientium ubi tristitia est, & cor stultorum ubi lætitia.

6 Melius est à sapiētē corripī, quam stultorum adulatione decipi:

7 Quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. sed hoc vanitas.

8 Calumniā conturbat sapientē, & perdet robur cordis illius.

9 Melior est finis orationis, quam principium.

* Si sit in manu eius quicquam mali.

* Risus.

* Fratrum.

optima euentus facile homini perspicitur, quod sit auspiciatus. Atque adeo Domino is probatur magis, qui affectibus imperat, & appetitum coërcet, quam qui se elationi animi sui domandū permiserit. 10 Quum autē te Dominus in castigatione adduxerit, ne præceps animo feraris ut excandescas, & in Dominū cōtū meliosa verba profundas. Si enim equo animo feras, dimittetur tibi super rorem tanto tēpore ceruicibus stultorum impactū, donec eos omnino perfundet. 11 Quum verò iniuriam patieris ne dicas, Qui fit quod antiquitus res erant in tuto, & prima illa secula essent præstantissima, illiusque ætatis homines recte factis nobis præluxerint: quo nomine omnia ad eos prospera & secūda dimanarēt. Verum longissimè à sapientia tua hæc abest interrogatio. 12 Pulcherrima verò & bene contentiens sapientia legis cum patrimonio, & opibus: sed tamen homini longè melius in tranquillitate cum æqualibus suis, qui hoc in seculo boni & mali cognitionē habent, ætatē traducere. 13 Nam quemadmodū homo presidio, & velut umbraculis sapiētię defenditur, sic & sub umbra pecuniarū incolumis degit eo potissimum tempore, quo illas ad iustitiam confert. Et sanè dignitas cog-

* Bonum erat in mundo.

* Nō ex sapientia hoc interrogasti.

* Occultatur, ut infra.

10 *Melior est patiens arrogante. Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit.*

11 *Ne dicas, Quid putas causa est quod priora tempora meliora fuerunt, quam nunc sunt? Stulta enim est huiusmodi interrogatio.*

12 *Utilior est sapientia cum diuitijs, & magis prodest videntibus solē.*

13 *Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio, & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo.*

14 *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.*

15 *In die bona fructu bonis, & malam diem præcaue. Sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, ut non inueniat homo contra eum iustas querimonias.*

16 *Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meae: Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuere tempore in malitia sua.*

17 *Noli esse iustus multum: neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas.*

tionis sapientiæ & legis, ab ipso sepulchro ad futurum seculū possessori vitā confert. 14 Animum adijce ad opera & fortitudinē Dei, qui cæcos, gibberos & claudos creauit, ut per vniuersū orbem profeminarētur. Quis autē poterit vel ex eis vnū dirigere, nisi mundi Dominus, qui sic eos cōtorfit? 15 Quodie tecū feliciter egerit Dominus, rectē etiā te habe, & de omnibus bene mereare: & ne arumosa illuceat dies, tibi prospice & aduerte. Diē enim secundū scelerato inuicē cōiūxit Deus, ut reprehēderētur in hoc mundo homines, & ne in se sinistra quidpiā hoc in seculo fabricetur aliquis. 16 Omnia hæc vanitatis meę tempore vidi: à Domino Deo decretum esse in hoc mundo euentum boni & mali, idque ad siderum, sub quibus homines nati sunt, rationem. Videas enim hominem iustū, qui in iustitia sua hoc seculo ad mortē deposcitur, cuius virtus illi ad futurā vitā seruatur: erit autē & sceleratus, qui cū flagitijs suis ad extremam ætatem perueniat, ei malefactorū numerus ad veterum seculum seruatur, ut de illis summi iudicij die pœnas luat. 17 Ne in sententia de impio condemnando ferenda in iudicio, sis æquo religiosior. Sed te māfuetudo paululū moueat, ne hominē omnino deleas. Neque sapientię

* Omni mundo benefac.

innitere tuæ ob multam improborum qui sunt in cursu calliditatem: neque vias eorum animo complectere,* ne te de optimo vitæ genere deducant.

* Cur hoc vias tuas vastabit?

18 Ne te animi curæ cōficiant, vt pecces multum: neque te à disciplina legis Domini alienum facias, vt insanire videaris. Cur enim causam mortis anime afferes tuæ, & anni tui fato extremo præcidentur, cū nondum aduenerit moriendi tempus? 19 Bonus est qui mundi huius profundis & intimis implicatur, vt bona animo suo rependat in mercatorum via, neque à libris legis parte se abdicat sua. Qui enim Deum timet, multos à noxis abducet. 20 Sapientia verò Iosephi filij Iacobi, plurimum ei præsidij & prudentiæ coram fratribus suis decem iustis attulit: qui cū in timore Domini multum posset, nihil in eos molitus est mali, quo tempore in Ægypto essent: neq; etiam violenter in fratrem irruerunt, qui tum eorum animos exasperarat. 21 Nō est tanta probitate homo in terra, qui toto vitæ tēpore bene egerit, aut Deum non offenderit. Verū qui peccauerit,

* Aspice eum.

* Loquuntur.

Deus* in eum veluti oculis propēdet, vt ad pœnitentiam adducat, neq; moriatur. 22 Omnibus quæ scelerati* auribus inculcant tuis, ne animum adiceris, vt eis morem geras. Neq; dies veniant,

18 *Ne impiè agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.*

19 *Bonū est te sustentare iustū, sed & ab illo ne subtrahas manū tuā, quia qui timet Deū nihil negligit.*

20 *Sapientia confortauit sapiētem, super decem Principes ciuitatis.*

21 *Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonū, & non peccet.*

22 *Sed & cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accōmendes cor tuum: ne forte audias seruū tuū maledicentem tibi.*

niant, quibus seruum tuum maledictis te appetentem, æquis auribus feras: quum* iam nō poteris te ab eius manibus explicare: totus tamen incumbe, vt iustum iudiciū feras quum dira imprecabitur, qui tibi æqualis non est.

* Non est tibi virtus.

23 *Scit enim conscientia tua, quia et tu crebrò maledixisti alijs.*

24 *Cuncta tentavi in sapientia. Dixi, Sapiens efficiar: & ipsa longius recessit à me.*

25 *Multò magis quàm merat: & alta profunditas, quis inueniet eam?*

26 *Lustraui vniuersa animo meo, vt scirem, & considerarē, & quererem sapientiam, & rationē, & vt cognoscerē impietatem stulti, & errorem imprudentium:*

27 *Et inueni amariorē mortē mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius. Vincula sunt manus illius. qui placet Deo, effugiet il-*

23 Satis enim* tibi testis est animus, quod* hoc in genere maledicētiæ, fueris aliquādo in alios licentior. 24 Quæ dixi ego, horum sapientia mea periculum feci, & hæc sum locutus, iudicatamq; habui sapientiam omnem: & tandem tamen à me longissimè abfuit.

* Nouit cor.

* Tu alijs maledixeris.

25 Et sanè dudum homines fugit eorum quæ à diebus seculi fuerūt cognitio, secretum absconditumq; est moriendi tempus. Atq; adeò quis est tam sapientia præditus, qui secretum aduentus regis Messiæ diem possit peruestigando iuuenire? 26 Cōuersus sum verò vt animo ipse perpenderem, cognoscerem, probarem & sciscitarer sapientiam, & rationem mercedis quæ iustos pro operibus manet, & scelerum quæ patrarunt impij supplicia intelligerem: item & industriam quæ in rebus gerendis & regni administratione versatur.

27 Tandem autem offendi ego rem vel ipso mortis die asperiorē homini, mulierē quæ marito suo tot molestias struit, cuius animo venabula & offendicula impacta sunt: cuiusq; manus colli-

gata, ne illas ad mariti obsequium transferat. Qui ergo coram Domino iustus est, eam omnino à se per libellū repudij dimittet, seq; ab ea explicabit. qui autem in oculis Dei sceleratus est, in illius manum cōueniet, cuiusq; adulterijs irretietur. 28 Ad hoc autē quod inueni, attende quāso (ait Ecclesiastes dictus Salomo Rex Israël) me ipsum ad singulos quosq; planetas retuli, vt hominum rationem inirem, qualis tandem erit eorum finis. 29 Est verò & aliud cui animum dedidi, sed nihil promouī, neque enim à diebus Adami primi iuueniri potuit homo perfectus & probus, sine aliqua peccati labe, vsq; ad tempora quibus in lucem venit Abraham iustus, qui solus fidelis & probus inter mille Reges qui ad ædificandum Babylonis propugnaculum conuenerant, inuentus est: fœminam autē ex tot Regum vxoribus iustam, inueni nullam. 30 Verum tamen vide quid iuueuerim. Creauit enim Dominus Adamum illum primum, fortitudine & iustitia præstantem, sed Serpens & Heua eum fefellerūt, vt fructu arboris vesceretur: quem edētes in sapientes euaderent, & habentes notitiam boni & mali: ex quo effectū est, vt in se & posteros occasionē mortis asciscerent. Et hunc solum in perquirendis quæstionibus

lam. qui autem peccator est, capietur ab illa.

28 Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnum & alterū, vt inuenirē rationem,

29 Quam adhuc querit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi, mulierē ex omnibus nō inueni.

30 Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectū: & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.

bus illis fructū sunt consecuti, vt mortem in omnes terræ incolas inuēherēt.

1 **Q**UIS talis est? & quis cognouit solutionē verbi? Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potētissimus faciem illius commutabit.



VIS verò tanta effertur sapientia, vt aduersus prudentiam Domini possit consistere, & in Prophe-

tarum sermonibus germanam interpretationem cognoscere? Sapientia tamen hominis inter iustos & æquales suos illius vultum perlustrat: impudens verò omnino optimū iter in malum peruertit. 2 Accuratē autem in præceptis Domini os tuum obserua, vt ea ne transilias quæ tibi mandata sunt.

2 Ego os Regis obseruo, & præcepta iuramenti Dei.

3 Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omnne quod voluerit faciet.

4 Et sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest, Quare ita facis?

5 Qui custodit præceptum, nō experietur quicquam mali. Tempus & responsionē cor sapientis intelligit.

In iureiurando quod Deo præstiteris, sis perspectus, vt nunquam frustra nomē Dei iures. 3 Quūq; Domini ira exarserit, ne modum orandi facias, tēq; ad eum citissimē confer, illum deprecare supplex, & ab eo contēde placabilitatem & clemētiam, ne luctuosum quidpiā eueniat. Ipse enim totius mundi Dominus, omnia secundum animi sentētiam facere potest. 4 Quum auditum fuerit decretū Regis, qui in vniuersum orbem principatū obtinet, celeritate incredibili perficitur. Ecquis verò erit qui intercessionē ferat, & dicat, Quare ita statuisti? Qui mādata

Domini obseruat & colit, nihil mali futuro seculo experturus est. Atque adeo supplicationis tempus, iudicium & veritas, in sapientum animis probe sunt perspecta. 6 Nam cuiuscunque rei vicissitudo bona est, & mala: & sane iusta sententia vniuersus orbis iudicabitur, quo tempore à Domino statuta est futura toto orbe vindicta, * propter varia hominum ex malefactis mirè sibi placetium, peccata. 7 Neque tamè quispiam vnquã scire potuit, quis eum exitus consequatur. Quũ enim ita Domino visum fuerit, vt illũ ad supplicium deposcat, quis eum certior faciet? 8 Nullus in vitalem spiritum id imperium obrinet, vt actiones viuentis animæ prohibere possit, quò minus è corporis vinculis exeat: quis enim eam dominationem habet, vt ipso die mortis amicum liberare queat? Neque certè impedimenta militaria quicquam opis ad id duellum conferunt, nec summi iudicij die dominum iniquitas sua seruate incolumen poterit. 9 Quæ in hoc seculo sunt, omnia probe peruidi, animũque ad cognitionem eorum quæ toto orbe fiũt appuli, quo tẽpore id agit homo vt alteri * periculũ creet. 10 Et verè inspexi sceleratos, qui sepulchris sunt conditi, & viuis è loco sanctissimo * in quo iusti sedes suas habent

* Propter peccata hominũ facientium mala quæ sunt multa super eos.

* Malefaciat.

* E medio habitatum ciuitates.

6 *Omni enim negotio tẽpus est, & oportunitas: & multa hominis afflictio:*

7 *Quia ignorat praterita, & futura nullo scire potest nuntio.*

8 *Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello, neque saluabit impietas impium.*

9 *Omnia hæc considerauit, & dedit cor meũ in cunctis operibus, quæ sunt sub sole. Interdum dominatur homo homini in malum suum.*

10 *Vidi impios sepulchros, qui etiã cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum, sed hoc vanitas est.*

11 *Etenim quia nõ profertur citò contra malos sententia, absque timore vllò filij hominum perpetrant mala.*

12 *Attamen peccator ex eo quòd ceteris facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quòd erit bonũ timentibus Deũ, qui verentur faciem eius.*

13 *Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transceant, qui non timet faciem Domini.*

14 *Et est alia vanitas, quæ fit super terram. Sunt iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. sed hoc vanissimum iudico.*

bent erepti, excefferuntque vt igne & Gehenna conflagrarent: hodie certè ex albo ciuium planè deleti sunt: & quemadmodum cæteris fecerunt, ita quoque in eos seuerè* constituitur. Et hoc vanitas est. 11 Quia verò in vindicandis eorum sceleribus, nõ ita subita de illis pœna repetitur, facilè eorum animus in hoc orbe * ad nefarios conatus adducitur. 12 Cũ autem sceleratus vel annis centum malè agat, ei tamen à Domino ad pœnitentiam laxior prorogatur dies: animo certo prophetiæ mihi renuntiatum est, planèque compertum habeo, quòd bellissimè cum his agetur qui Deum verentur & timent, seq; omnino ad voluntatem eius conferunt. 13 Flagitiosis verò non bene eueniet, nec futuro seculo diuturnitas erit: sed hac vita eorum præcedentur dies, erumpentq; & mutabuntur velut vmbra, quòd Deũ cum timore non coluerint. 14 Est & vanitas quæ pridem vt * omnibus terræ partibus eueniret, constituta est: iusti scilicet, quibus perinde atque si se (sicut impijs vsuuenire solet) omnibus sceleribus polluisent, pessimè euenit. Sunt verò & impij quibuscum ita agitur, atq; si iustorum more bene agerent. Sed tamen in spiritu prophetiæ considerauit, quæ optimis viris hinc contin-

* Fil.

* Impletur ad faciendum malum.

* Super faciem terræ.

gunt infortunia, nequaquam ab eorum sceleribus dimanare, sed ut leuissimæ culpæ nomine multentur: quæ res illis in perfectam mercedem futura vita ascribatur. Quæ autem impijs hoc mundo ex animo accidunt, non à iustitia illorū proficisci, sed ut in pensum paucorum meritorum quæ fecerunt, reputentur. Quia enim hac vita præmium receperūt sibi, altero seculo expectatione partis suæ omnino decidēt. Dixi tamen & hoc vanitatem esse.

15 Et profectò probata mihi est latitia in lege: nec aliud est hominī bonū in hac vita, præterquā comedere & bibere, & in labore & parte, quæ hominī à summo Deo data est, animum oblectare, & à furto & violentia manus cōtinere: hoc enim * ei tranquillitatē aliquādo conciliabit, ut tandē eorum laborum, in quibus cum quiete omni æuo suo, quod ei à Deo fuerat assignatū, laborauit, dignam mercedem ferat.

16 Quūmq; me ipsum refero ad notitiam sapiētiae legis, & ad ea penitus videnda quæ in terra fiunt, tādē experior sapiētē qui se studio legis & disquisitioni inueniendæ sapiētiae addidit, nihil nisi molestiam consequi. neque enim interdiu quiescit ille, neque noctu somnum capit. 17 Me quoque conuerſi ad opus magnificentiae Dei, quoni

* Eum affociabit in pace illo seculo.

15 *Laudaui igitur latitiam, quod non esset hominī bonum sub sole, nisi quod comederet & biberet, atque gauderet: & hoc solum secum auferret de labore suo omnibus diebus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub sole.*

16 *Et apposui cor meum ut scirem sapiētiam, & intelligerem distentionem, quæ versatur in terra. Est homo, qui diebus & noctibus somnum nō capit oculis.*

17 *Et intellexi quod omnium operum Dei nullā possit homo inuenire rationem eorū quæ*

fiunt sub sole, & quanto plus laborauerit ad quærendū, tanto minus inueniet: etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

C A P. I X.

O M N I A hæc tractaui in corde meo, ut curiosè intelligerē. Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorū in manu Dei. Et tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit:

2 *Sed omnia in futurum seruatur incerta, eò quod vniuersa æquè eueniāt iusto & impio: bono & malo: mundo & immundo: immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. sicut bonus, sic & peccator: ut periurus, ita & ille qui verum deiecit.*

quoniam metuendus ille est: neque hominī datum est, opera fortitudinis Domini, quæ toto orbe fiunt, sequendo assequi. Quò enim erit ad ea peruestiganda quæ post longè futura sunt vigilantior, * hoc procedet minus. Nam si sapiens decretum habeat quæ sub dierum exitum futura sunt disquirere, nunquam inuenturus est.

* Non inueniet.

C A P. I X.



I N T E R cætera autem animum induxi ut sciscitarer, num iusti & sapientes homines, & qui se eis in disciplina legis instituendos permiserunt, in manu Domini sint (à quo pridem in vniuersum orbem statutum est, quid cuiusque diebus euenturum sit) imò & amicitiam, qua adamarunt & similitatem, qua in alium exarserūt.

* Quis autem Propheta hominū euentura præscire poterit, quæ de illis syderū necessitate iam dudum statuta sunt?

2 Omnia à syderibus pendent, & à Domino scitū est quod omnibus aliquādo est futurū: idēmq; euentus est probo & improbo: ijs qui se paulū à via dimouent iustitiāmq; animo cōplectūtur, & ijs qui se vitijs inquinant: consecranti-bus opes suas in sacrificium, & ijs qui tanquā impij nihil agūt tale: periuro

* Nullus est homo Prophe-ta.

homini, & ei qui in iureiurando perquam timidus est. 3 Et hoc est sanè factum toti orbi infaustissimum, quod in mūdo accidit, quòd omnibus terrā inhabitātibus idem sit euentus. Vnde fit vt hominū animi, toto vitę spatio, turpitudine & prophano quodā cōpleantur. Sed post finem illis ea seruantur, vt aliquādo cum mortuis hoc nomine iudicentur. 4 Qui autem se omnibus legis verbis componit, vt futuri seculi sibi vitam parat, habet sanè quod speret. Canis enim viuus leone mortuo præstantior est. 5 Sapientes autem probè norunt, quòd si offenderint, futuro seculo tanquam mortui habebuntur. Sibi itaque diligenter præcauent ne delinquant: & si peccauerint, vt penitentię se dedant. Improbi verò quia dum viuerent, nihil boni aut præclari egerunt, nihil etiam boni futuro seculo penitus norunt: vnde nec illis post fati diem merces aliqua in spe posita est, & è iustorum cœtu illorum antiquatur memoria. Accedit quòd post mortem nullo in numero sunt. 6 Nā & horū amor, odium & inuidia dudū è seculo euauerunt: nec illis aliqua cū iustis futura vita, boni societas est: neque eis ex omnibus quę sub sole facta sunt quicquam cōmodi relinquuntur. 7 Dicit igitur Salomō spiritu prophet

3 *Hoc est pessimum inter omnia quę sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & cōtemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducuntur.*

4 *Nemo est qui semper vivat: & qui huius rei habeat fiduciam: melior est canis viuus leone mortuo.*

5 *Viuentes enim sciunt se esse mortuos, mortui verò nihil nouerunt amplius, nec habēt vltra mercedem quia obliuioni tradita est memoria eorū.*

6 *Amor quoque, & odium, & inuidia simul perierūt, nec habent partem in hoc seculo, & in opere quod sub sole geritur.*

7 *Vade ergo, &*

comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuū: quia Deo placent opera tua.

8 *Omni tempore sint vestimēta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.*

9 *Perfruere vitā cum vxore quam diligis cunctis diebus vitę instabilitatis tuę, qui dati sunt tibi sub sole, omni tempore vanitatis tuę. Hęc est enim pars in vita, & in labore tuo, quo laboras sub sole.*

10 *Quodcunque facere potest manus tua, instāter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapiētia, nec sciētia erūt apud inferos, quòd tu properas.*

11 *Verti me ad aliud, & vidi sub*

phetiæ à Domino illustratus. Omnibus iustis, & singulis aliquando dicturus est Dominus, Age, iā in gaudio cibum hūc gusta, qui tibi in elum statutus est: hūc enim piē egenis & famē patientibus contulisti: & iam alacrior bibe idvinū quod tibi in amoenitatis hortore conditum est in mercedem illius meri quod pauperibus & siti confectis fudisti. Dudum enim Domino pientissimum opus tuū probatū est. 8 Omni tempore sint vestes tuę candidę, & pure ab omni peccati labe: & optimū nomen, primario oleo non absimile, compara, vt felicissima auspicia in caput tuū redundent, neq; te bona deficiāt. 9 Etatem verò feliciter transige cum vxore tua, quam tota vanitatis tuę vita à Deo optimo maximo sub sydere tibi donata, mirificè deamasti. Hęc enim portio vitę & laboris, in quo anxie hoc seculo versatus es. 10 Quibus cunq; rebus poteris, iustitiam & pietatem cum pauperibus & egenis colere, ne sis remissior. Post mortē enim nō est hominis opus, ratio, scientia & sapientia in ipso sepulchro quòd pergis, nec aliquid præsidij præterquam in solis benefactis & iustitia colloces. 11 Inquit Salomon Rex, Quum primum sedi in orchestra regni mei, animo perpēdi & cognoui nullos esse in orbe tāta cele-

* Ut aquilæ
sint celeres.

ritate, * etiam si cum aquilis in hoc ge-
nere sint conferendi, qui ita cursu an-
teuertant, vt à mortis acie se liberare
queant: neque esse hominum multa
fortitudine, aut in prelijs in eūdis dexte-
ritate, vincere in bello: nec esse eorum
qui mirifica sapientia præditi sunt, vt
se famis tempore cibo expleant: aut
eorum qui in rerum cognitione appri-
mè sunt cordati in summas opes pro-
uehi: nec intellectū ipsum aliquid con-
ferre doctis, vt Regem ad beneuolentiā
& miserationem adducant. Stata enim
dies est, & euentus idem in sideribus
omnibus accidit. 12 Neque verò homi-
ni suum tempus notū est, siue felix sit,
siue inauspicatum, quod in hoc seculo
illi euenturum est. Quemadmodū e-
nim hamo capiuntur pisces, & decipu-
la aues concluduntur, nō aliter sanè con-
cidunt homines eo die, qui vt illis vel
puncto tēporis accidat à Domino iam
ab antiquo paratus est. 13 Et hanc
quoque sapientiam vidi in hoc mūdo,
quam semper mecū ipse magnā iudi-
caui. 14 Corpus hominis exiguæ ciui-
tati simile, cuius oppidani paruis admo-
dū præsidijs sunt instructi: * cum sibi
leuium admodum meritorum consciū
esset, aduersus illud mouit praua cogi-
tatio, Regi magno & forti non absimi-
lis, vt id oppugnaret, eiusque animum
ad

* Sicut leuia
sunt merita in
corde homi-
nis.

sole, nec velocium
esse cursum, nec
fortium bellum, nec
sapientium panem,
nec doctorum diui-
tias, nec artificum
gratiam, sed tem-
pus casumque in o-
mnibus.

12 Nescit homo fi-
nem suū, sed sicut
pisces capiuntur ha-
mo, & aues laqueo
comprehenduntur:
sic capiuntur homi-
nes in tempore ma-
lo, cum eis extem-
plō superuenerit.

13 Hanc quoque
sub sole vidi sapiē-
tiam, & probaui
maximam:

14 Ciuitas parua,
& pauci in ea vi-
ri. venit contra eā
Rex magnus, &
vallauit eam, ex-
truxitque munitio-
nes per gyrum, &
perfecta est obsi-
dio.

ad defectionem sollicitaret, & in erro-
rem adduceret: edificauitque editū lo-
cum vt ibi consistens, id quò vellet im-
pelleret, & à via coram Domino recta
reuocaret: vt tandem infinitis Gehēne
laqueis captiuum duceret, & septies,
peccatorū nomine, flāma consumeret.

15 Inuētusque est
in ea vir pauper
& sapiens, & li-
berauit urbem per
sapientiam suam,
& nullus deinceps
recordatus est ho-
minis illius paupe-
ris.

15 Verū in medio corpore optima
quedā & ea sanè debilis, sed plena sapiē-
tiæ cogitatio inuēta est quæ obsidionē
alterius mouit, sibiq; eam viribus sa-
pientiæ subegit: & à iudicio Gehēne,
fortitudine & prudētia corpus libera-
uit: eodem sanè modo atq; si vir stre-
nuus fortiter se in bello gerens, animi
magnitudine ciues à metu obsidionis
eriperet. Postea verò oblitus homo o-
ptimæ illius cogitationis, quæ se à peri-
culo liberarat, secum ita loquitur, Iu-
stus sum ego. sicut etiam nec illius op-
pidi incolæ virum illum pauperem
meminerūt, qui eorum salutem serua-
rat. 16 Dixi etiam ego, Iustorum pru-
dentia, fortitudine & viribus improbo-
rum longè præstantior est. Illorum
enim sapientia & meritum se & suos li-
berat. Scelerati autem robur, cuius ani-
mus tāta fortitudinis suę fiducia effer-
tur, vt ad pœnitentiā non redeat, eum
perdit solum. Iusti autem & mansueti
probitas à sceleratis planè cōtemnitur,
& quo tempore ab eo malefactorum

nomine arguuntur, cuiusmodi reprehensionis dicto minimè se audientes præbent. 17 Supplicatoriæ sapientum preces in taciturnitate factæ, Domino mundi longè acceptiores sunt, clamore improbi in stultos dominantis, * cui vel clamanti locus non relinquatur.

* Qui clamans non auditur.

18 Melior est sagacis sapientia delicatitatis, instrumentis militaribus vel ipso dimicationis tempore: & sceleratus vnus in generatione, sæpe summum bonum ex orbe dimouet.

CAP. X.

PRESSIMA cogitatio in foribus cordis habitans, similitudine cum musca conuenit, interitumque affert mundo, & in id tempus conijcit hominem quo peccet: omninoque delet nomen bonum, iam olim comparatum oleo pretioso & mirificè fragranti. Quantum autem sapientium prudentiæ & diuitum opibus præstatis, cuius mediocritas est & leuis stultitia?

2 Prudentum animus in acquirenda lege versatur totus, quæ Dei dextera data est. Stultorum autem animus ad comparandas diuitias, argentum & aurum propendet. 3 Quum autem stultus in viam sinuosam cõiecerit, facile

17 Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos.

18 Melior est sapientia, quàm arma bellica: & qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

CAP. X.

MVSCÆ morientes perdunt suauitatem vnguenti: pretiosior est auro sapientia: paruaque gloria, ad tempus stultitia.

2 Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius.

3 Sed & in via stultus ambulans,

cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.

4 Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.

5 Est & malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis:

6 Positum stultum in dignitate sublimi, et diuites sedere deorsum.

7 Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram, quasi seruos.

8 Qui fodit fo-

cilè à sapientia cor eius alienum est, & ea gerit, quæ factu haud sanè recta sunt: vt omnis stultum eum esse facile prædicet. 4 Si spiritus prauæ cogitationis dominatur tibi, id tentans maximè, vt in te impetum faciat, ne de optima ea statione in qua stare consuesti, decedas. Verba enim legis in medicinam hoc mundo facta sunt, vt à Domino summa peccata dimitterentur, & obliuione contererentur. 5 Est & malum quod hoc in orbe in luce omnium est: quanta incommoda in orbem inuehunt calumniosa verba, quæ aperta, & à principe in quempiam dimanant. 6 Constituit Dominus improbum & stultum Iduum sydere quidem suo exterum, & felicitate à summo cælo fruentem, fortissimisque & summis copijs: populum verò Israël in illius ditione captiuum: & qui in eo opibus præstabant, propter multitudinem peccatorum pauperes effectos, & in summa humilitate inter populos habitantes. 7 Ait igitur Salomon spiritu prophetiæ, Vidi populos, qui olim principatu filiorum Israël tenebantur potentiores factos, & ducum more in equis expeditos: Israëlitas autem & qui illis imperabant, quasi mancipia, pedites ire. 8 Respondens autem * summa

* Summum ius: siue rigor.

G

Dei iustitia, sic loquitur, Priores illi hoc omne asciuerunt sibi, non aliter atque is qui in biuio cuniculum, & fossam egit, in illam autem necessitate offendit: & populus qui Dei mandata transiit, superata & traiecta mundi maceria, in manus scelerati Regis incidet, qui eum serpentis more dentibus petet. ¶ Inquit verò Rex & Propheta Salomon, Compertum habeo Manassem Iezekiae filium eò scelerum deductum iri, vt simulachra & lapides adoret: qua re in manus Regis Assyriorum veniet, qui eum domabit frænis: quia vel ab ipsis radicibus sermones legis in tabulis lapideis excisos euulserat: cuius sceleris nomine poenas certè daturus est. Rab-facas quoque illius frater futurus est vt ligneas imagines adoret, & de verbis legis, quæ in arca ex lignis Setim fabricata, donata & descripta erant, decedat: cuius gratia per manus Angeli Domini igne cremabitur. 10 Quo die in peccata prolapsus est populus Israël, indurarunt etiam, & veluti ferrum riguerunt celi ne aquam pluuiam demitterent: neque tamen generatio illa Dominum deprecata est: quo factum est vt vniuersus orbis fame frangeretur. Verùm vbi primum seiplos receperunt, & conuentus habuerunt suos

ueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.

¶ Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.

10 Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, sed hebetatū fuerit, multo labore exacuetur, & post industriam sequitur sapientia.

suos, & affectibus imperare cœperunt, principesque ad postulandam à domino beneuolentiam præferunt, illis cælum, propter dignitatem & decorum sapientiæ illorum, omnia ex animi voto tribuit. 11 Quum propter peccata Israëlitarum, quòd * in otio se * In silentio ad studium legis non conferrent, perniciosi serpentes immissi sunt, qui eos morsu peterent, & damnum orbi afferrent, quanam tandem utilitas delatori esse potuit, qui etiam tertium mendax, Gehennæ flammis tandem sit comburendus. 12 Sapientis hominis verba, qui quo tempore vindicta orbi impendet, inuenitur in generatione, si orat, auertit sanè supplicium: & Dominum ad miserationem adducit. Labia autem insipientis hominis increpationem iuuehunt, atque ad eò vniuerso orbi interitum. 13 Initiū orationis illius stultitia, & * peroratio * Finis verborum oris sui motio praua. prauis motibus scatet. 14 Stultus in inani verborum strepitu, quibus nihil opus erat, totus est: neque scire quicquam potest, quid illius diebus, & quid sub eius exitum euenturum est. Quis enim ei renuntiaturus est? 15 Labor quo in stultitia sua excruciat, stolidus, tantopere illum conficit & fatigat, vt non sit edoctus planè ad eam ciuitatem re-

11 Si mordeat serpens in silentio, nihilominus habet, qui occultè detrahit.

12 Verba oris sapientis gratia: & labia insipientis precipitabunt eum.

13 Initiū verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus.

14 Stultus verba multiplicat: ignorat homo quid ante se fuerit: & quid post se futurum sit, quis ei poterit indicare?

15 Labor stultorum affligit eos, qui nesciunt in vrbem pergere.

ceptum habere in qua sapientes habitant, à quibus doctrinam sciscitetur.

16 Væ tibi terra Israël, quo die in te regnaturus est Ierabaam impius, matutinis oblationibus modum positurus, & quum principes tui, antequàm auroram perpetuis sacrificijs consecrarent, conuiujs retinentur. 17 Bene verò tibi erit ô Israël, quum tibi Hefekias filius Ahaz, è domo Dauid Regis Israël originem ducens, imperaturus est: qui in lege fortis & strenuus, reliqua mandatorum Dei persoluet. Principes verò tui postquàm oblationis perpetuæ munus bellè obierint, hora quarta conuiuantur, vt se à labore recolligant, quem in excellentia legis impenderunt, non autem in remissione & oculorum cæcitate. 18 * In studio

* Ex remissione studij legis & mandatorum liberis, &c.

legis & mandatorum vir animo fractus liberis orbatur suis. Fœmina autem, si negligentius præcepta quæ ei imperata sunt, vt à menstruis polluti sanguinis caueret, nõ seruarit, summo animi mœrore domi afficietur. 19 * Hilaris panem faciunt iusti, ad educandos pauperes & fame confectos: vinum quoque quod sitientibus mifcent, illis delectationem futuro seculo afferet. Pretium etiam redemptionis * testimonium iustitiæ futuro seculo

* Captiuorum supple.

16 Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes manè comedunt.

17 Beata terra, cuius Rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.

18 In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus.

19 In risu faciunt panem, & vinum vt epulentur bibentes: & pecunia obediunt omnia.

20 In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: quia & aures cali portabunt vocem tuam: & qui habent pennas, annuntiabunt sententiã.

lo pro eis in luce omnium reddet. 20 Tu autem ne tacitus apud te in intimis & abditis cordis, Regi prauè impreceris: neque in penetrati thalami tui, sapienti maledixeris. Raziel enim ^{Raziel.} Angelus, omni die super montem Horeb clamat, & in vniuersum orbem vox eius peruagatur. Elias quoque ^{Elias.} sacerdos magnus, velut aquila summis alis prædita volans, aërem & cælos perlustrat, & quæ occultè facta sunt, omnibus terram inhabitantibus defert, & renuntiat.

C A P. X I.

C A P. X I.

1 M I T T E panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum.



R O T E N D E panem dimensi tui pauperibus, qui manè in uecti oram maris legunt: multo enim

2 Da partes septem, nec non octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram.

post tempore, futuro seculo mercedem inuenies. 2 Optimam partem seminis confer mense Tisri in agrum tuum, neque tamen & mense Kisleu à seminando auoceris. Neque enim tibi exploratum esse potest ipsi terræ imminens malum, prima an secunda sementis superatura sit. 3 Si imbribus nubes compleantur, eos propter iustorum merita in terram spargunt & effundunt. Quòd si illo æuo iustitia deficiat, in mare aut so-

3 Si repleta fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem,

litudinem emittunt, ne ab eis homines compendium ferant. Atque vbi à Domino cōstitutum est vt Regem & admissionales illius, imperio abroget: aut ab eodem decreta est futura vbertas aut fames, siue in Austro, siue in Septentrione, aut alio quouis loco qui ei rei dictus est, id consilium * exequetur Dominus, & eueniet. 4. Qui obseruat diuinos & anulos vix temere hac vita res præclaras ager: & qui à syderibus sensum aucupatur, non augebit mercedem. Augures enim vento perquam sanè similes sunt, qui hominis palma concludi non potest: at planete nubibus cæli cōparantur, quæ semper eunt, neque vnquam redeunt. 5. Sicut non potest tibi omnino esse perspectū qua tandem via, anima spirabilis & vitæ capax in corpus infantis infunditur, & in foetū qui visceribus vtero parentis matris * continetur: & ignoras planè, donec in lucem edatur, masculusne sit an femina: sic nec iudicare potes opera Domini, quæ omnia summa prudentia perfecit. 6. Ineunte ætate tua vxorē duc, vt liberos suscipias: sic enim te natu grandiore illa velut pars tui, finem pariendi non faciet. neque tibi tamen cognitum esse poterit, vnūne ex eis ad bonum sit electus, sitne hic vel alter, duō-

* Mitteretur & eueniet.

* Habitat.

in quocunque loco ceciderit, ibi erit.

4. Qui obseruat ventum, non seminat: & qui cōsiderat nubes, nūquam metet.

5. Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.

6. Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud: & si vtrunque simul, melius erit.

ue

7. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem.

8. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus letus fuerit, meminisse debet tenebroso temporis, & dierum multorum: qui quū venerint, vanitatis arguentur præterita.

9. Latare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito quiddam pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.

10. Aufer iram à corde tuo, & auerue malitiam à carne tua. Adolescentia enim, & voluptas vana sunt.

ue etiā simul recti futuri sint 7. Et suauius est lux legis & aptissima certè, quæ oculis caligantibus lumen afferat, vt aliquando dignitatem vultus Domini tueantur; qui diuino quodam splendore iustorum faciem est illustraturus, vt pulchritudine cum sole comparari queant. 8. Si igitur multum diuque vixerit homo, hoc illum decet maximè, vt se gaudio expleat, & ad legem Domini studium suum conferat, repetatque memoria obscurum illum mortis diem, ne in peccata prolābatur. Multi enim sunt dies quibus mortuus à Domino sententiam passurus, in sepulchro iacet.

Suscipiat ergo viuens lubenti animo, si quod forsan ei vanitatum quas commisit, supplicium accidat. 9. Latare adolescens tempore iuuentutis tuæ, & in ephēbis tuis sis hilarior, & in mansuetudine ingredere semitas animo acceptas tuo: & sis cautior in obiectis oculi tui, neque in malum aduerte. Tibi enim compertum esse potest in omnibus his Dominum tecum iudicio certaturum. 10. Aufer indignationem à corde tuo, neque mali occasionem in corpus tuum induxeris. Iuuentus enim & nigri capillitij tempus, inanitas.

G iiii



In mentem reduc
Creatorem tuum, vt
illi honorem imper-
tias tenera ætate,
priusquàm te ante-
uertât dies pessimi, & tibi quasi obre-
pant anni quibus dicas, iam in illis
nullam voluptatem capio. 2 Et an-
tequàm splendor gloriæ vultus tui,
qui soli similis est, immutetur: & ocu-
lorum tuorum lumen caliget, gena-
rum decor obscuretur, oculorum pa-
pillæ similes sanè stellis, obuoluantur,
& supercilia pluant lachrymas, nu-
bium instar post imbres. 3 Quum
genua tua mouebuntur, & concu-
tientur lacerti, & dentes oris tui hæ-
betiores fient, & ad cibum manden-
dum infirmi, & oculi per capitis tui
fenestras intuentes, obscurabuntur.
4 Pedes verò tui, ne foras egredia-
ris, vincientur, ciborumque defectum
negabunt tibi: & ad concentum auis,
quasi latronum de nocte grassantium,
à somno excitaberis, deficientque te
labia tua, ne carmen decantes. 5 Ve-
rùm & eorum quæ iam ab antiquo
facta sunt, caue ne recorderis: &
quum ingressus fueris semitas tuas, le-
uissimus cumulus, edito propugnacu-
lo

Memento creato-
ris tui in diebus iu-
uentutis tuæ, ante-
quàm veniat tem-
pus afflictionis tuæ
et appropinquet an-
ni, de quibus dicas,
Non mihi placent.
2 Antequàm te-
nebrescat sol, &
lumen, & stella,
& luna, & reuer-
tantur nubes post
pluuiam:
3 Quando commo-
uebuntur custodes
domus, & nutabunt
viri fortissimi, &
otiosæ erunt molen-
tes in minuto nume-
ro, & tenebrescēt
videntes per fora-
mina.
4 Et claudent o-
stia in platea, in
humilitate vocis
molentis, & con-
surgent ad vocem
volucris, & obsur-
descent omnes filia
carminis.
5 Excelsa quoque
timebunt, & for-
midabunt in via:
florebit amygdala

lus, impinguabitur
locusta, & dissipabitur
capparitis: quoniam
ibit homo in domum
æternitatis suæ, &
circuibunt in platea
plāgentes.

6 Antequàm rumpatur
funiculus argenteus,
& recurvat vitta aurea,
& conteratur hydria
super fontem, & confringatur
rota super cisternam.

7 Et reuertatur puluis
in terram suam vnde erat,
& spiritus redeat ad Deum
qui dedit illum.

8 Vanitas vanitatum,
dixit Ecclesiastes, &
omnia vanitas.

9 Cūque esset sapientissimus
Ecclesiastes, docuit populum,
& enarrauit quæ fecerat:
& inuestigans composuit
parabolas multas.

lo similis tibi videbitur, & summum
spinæ dorsii tui præ macilentia ex-
tendetur, & turgentibus pedum
tuorum plantis tabernaculo prohi-
beberis. Conuertetur enim ad se-
pulchrum homo, & circuncirca dis-
current Angeli, te ad iudicium re-
petentes, plorantium instar, qui bi-
uia circumeunt, vt sententiæ tuæ
rationem ineant. 6 Donec lingua
tua loquentem te deficiat, decoreque
capitis tui concidat, & fel iecoris
tui frangatur, & properet cadauer
tuum ad sepulchrum. 7 Et reuer-
tetur caro tua de puluere expres-
sa, in terram, quo habitu quon-
dam fuerat: & spirabilis ille ani-
mus, quem tibi Deus dono dedit,
veniet, vt cum illo, iudicio consi-
stat. 8 Cū igitur Salomon Rex
Israel, inanitates mundi, in quibus
versantur homines, mirificè esset
edoctus, ait concionans, Vniuer-
sum vanitas. 9 Et facile omnes
homines dignitate superauit Salo-
mon, sapiens Concionator dictus:
immo & populum Israel sapien-
tiam omnem edocuit: seq; sapien-
tium dicto audientem præbuit, &
prudentiæ libros peruestigauit, di-
H

uinationisque animo à Domino, sapientiæ volumina & satis multas doctrinæ parabolæ, in ordinem digessit. 10 Tentauitque sapientia sua Salomon Rex, Ecclesiastes dictus, vel ipsis hominum cogitationibus, remotis testibus, ius dicere. Verum ei spiritu diuinationis à Domino, verbum iustum & verum prædictum est, quòdque à multis seculis in libro legis per manus Moſis legislatoris Israël, exaratum fuerat, ad dictum scilicet duorum vel trium testium, stare debere omne verbum. 11 Verba sapientum aculeis & furcis plantatis comparantur, quæ stimulos vacuis scientia hominibus ad ediscendam sapientiam admouent: non aliter atque bouem stimulus solet excitare. Ita & comparantur stimulis iudices summi quæstionum & sermonum, qui per manus Moſis Prophetæ (qui solus populum Israël Manna & delicatis cibus in deserto paut) traditi sunt. 12 Iterum igitur atque iterum fili mi, sis alacrior, vt multos libros sapientiæ reponas, & verbis legis operam naues, & ad

corpo

10 *Quasuit verba vtilia, & conscripsit sermones veritissimos, ac veritate plenos.*

11 *Verba sapientium, sicut stimuli, et quasi clauis in altum defixi, quæ per magistrorum cõcilium data sunt à pastore vno.*

12 *His amplius filii mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis: frequensque meditatio, carnis afflictio est.*

13 *Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua. hoc est enim omnis homo.*

14 *Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.*

FINI

corporis laborem sis intentior.

13 * Quid multa? Res quæ occultè hoc in orbe facta est, in propatulum deferetur, ab omnibusque audietur: ideo verbum Domini obserua & time, eiusque mandata custodi, ne occultè pecces: sinuerò offenderis, ad pœnitentiam redi. Ea enim debet esse omnium via.

14 Nam summi iudicij die omnia opera proponet Deus, & eorum, quæ homines fugerunt siue bona siue mala, publicatio futura est.

הכל הכלים אמר קהלת
הכל הכלים הכל הכל.

H ij

ראשית מכתבך . כי ידוע שיהיה ספרך זה לעזר
 ולהועיל לרבים . ולכן אל תמנע טוב מבטליו
 בהיות לאל ירך לעשות . ולזה יפוצו מעינותיך
 חוצה . ובראש הומיות תקרא . ואם כסילים ישנאו
 דעת ולא ישמעו לקולך . אל ירע לבבך על זה .
 הלא ידעת כי חכמה ומוסר אוילים בון ולצים לצון
 חמדו להם . אמנם האיש החכם ישמע מאמריך
 וינסיף לקח ונבון תחבולות יקנה . ובוה תמצא חן
 ושכל טוב בעיני אלהים ואדם . אשימה קנצי
 למלין . ואתחנן את יי בעת הזאת שיתן לך כל
 משאלות לבך . ויתן לי אבר כיונדה לעוף
 ולשכון בחדריך . ואחלדה ידני

שתמיד תהיה נפשו צרורה בצרור

הרעות והאהבה כשנים

קדמוניות .


נכתבה פה ליאון היום שלשה

לירח טבת שנת שלש

מאות וארבעה עשר

לפרט קטן .

H ij



להלחם במערכת תורת יי' ובמלחמתה ורגלים
 תעמוד במישור ובמעגלי יושר ילכו ומהם לא
 נטו ימין ושמאל למען ישכילו בכל דרכיהם
 וישיגו ארחות חיים ומי יתן ויהיו רבים כאלה
 בימינו שישמו בלבבם כי קנות בינה נבחר
 מכסף והסתופף בלמוד התורה טוב מדור באהלי
 רשע החכמות החיצוניות ואלה האנשים כפי מה
 שאמרת לי הם אשר יקבלו תועלת גדולה בידיעת
 הלשון הארמית אלא שמעטים מהנוצרים ישכילו
 בה ויתנו לבם ללמוד ואולי הסברה בזה היא
 כי יחשבו שהמתרגמים היו עמקי שפה וכבדי לשון
 ודבריהם אינם נשמעים אך אין הדבר כן כי מי
 שהשתכל בלשון הקדש וידע והבין ענינה קל
 מהרה ובזמן קצר יקנה לו ידיעת לשון התרגום
 ונוכל להביא ראיה על זה ממך כי אחר שהגדלת
 העיון בקריאת העשרים וארבעה ספרים ופירושים
 בלשון הקדש נכנסת בחדרי התרגום ועברת
 עליו במרוצה ובקלות עד שתמהתי אני ורבים
 זולתי ועליך אמרנו ודעת לנבון נקל כי בימים
 אחדים הבנת כל התרגומים מעשרים וארבעה
 הספרים ומוזה נוכל להתבונן שהתרגום אינו קשה
 להבין למי שקדם ויסד בנין ביתו על אדני לשון
 הקדש שלא תפולנה אשיותיה כמו שהיטבת
 לעשות ואם כן אין לאומר שיאמר ויתנצל כי
 בעבור קושי התרגום וכובד לשונו ימנע להשתדל
 בו כי בזה תהיה האמת נעדרת מפיהם ונכוחה
 לא תוכל לבא עדיהם כי בסכלות התרגום אי
 אפשר להבין ענין המקרא ולישבו על ביאוריו
 כמו שבחנת אתה במקומות אין מספר אולי
 יאמרו כי אף על פי שיהיה עם לבבם לחקור ולדעת
 התרגום H iij

התרגום לא יתכן אצלם כי אין בינותם מליץ
 מתרגם אותו ללשון לאשין כאשר יש להם בעברי
 וביוני ולכן בהיותנו יחד כמעט שירדו עינינו
 דמעה על הצרה הזאת ולעקור את התואב הזאת
 אשר היא כבר תקועה בלבם או אשר יוכלו לבקש
 אותה הסכמנו וכתנו ברית להעתיק ולפתור
 בלשון לאשין את כל התרגום ככל אשר תמצא
 ידינו לעשו בכחנו ואתה בתחל קבלת על עצמך
 ולקחת לחלקך תרגום קהלת לפי שהמתרגום
 הרחיב לשונו בביאור הספר ההוא והעמיק בענינו
 ולפי שראית הספר ההוא גדול התועלת להסיר
 הבלי העולם אשר גדלו ורבו בקרב הארץ וזה
 לו ימים בהיותי בחברתך הראיתני את אשר כבר
 עשית ואני הזהרתך להיות חזק ואמיץ ולרדוף
 אחרי שאר הספרי מהרה למען תשיגם ותבא עד
 קצם עם שלא היה צריך לישרך במלמד האזהרה
 והזריזות או להציב דרבן ההערה להעירך אל
 המרוצה כי כבר היית נחפז ללכת כסוס דוחר
 ומרכבה מרקדה ולכן אספדה ואיילילה על אשר
 כתבת שהצורך יכריחך להניח הכל וללכת
 לארצך ומולדתך בשמעי את זה נאנח לבני
 זה יטב חרה לי עד מות כי יפקד ויעדר ממני פרי
 חברתך מתוק לחכי מדבש ונופת צופי כי פרי מגדי
 הוא ועוד חוסיף לי יגון כי אולי בעבור הליכתך
 תשליך מידיך את הלוחות ותשברם אחר אשר
 כבר חקקת עליהם מכתב אלהים בי אדוני אל נא
 תעשה את הדבר הזה אך השלים כל המלאכה
 אשר החלות ותהי משכורתך שלמה אמנם על
 העתקת תרגום קהלת אשר כבר ראית קצו הנני
 משביעך ביי' אלהי השמים שתכבד את יי' מבכורי
 דאשית



P. ANTESIGNANI
AD P. COSTVM
EPISTOLA.

יעלה ויבא ליד ידיד נפשי
פיטרוס קוסטוס

גרתך ראיתי וכל דבריה קראתי
בעיון והשתכלות ואבין במקראם
והנה מתקו מדבש לפי מה טובים
ומה נעימים היו כי חי יי תחת
לשונם ביגה ודעת אמנם המר
לי מאד אשר הבינותי כי יש ארץ נפשך לנסוע
וללכת מעמנו תוך ימים מעטים ולזה התחלתי
ושמתי תאות לבך לזכרון בין עיני וארשת שפתיך
אשר שמעתי ממך בשבתנו אחים גם יחד נתתי
אל לבי באמרך אלי כל היום כי היית יושב
משתאה ומשמים על אשר בימים האלה שנפתחו
ארוכות החכמה ונגלו לשונות לפנים סתומות
עם כל זה מתי מספר ומעטים נמצאים שיקשיבו
אזנם ללשון ארמית וישו לבם לתבונתה עם
שיש להפיק ממנה חכמה רמה ותועלת נפלאה
וביחוד לאשר שנאו כל אורח שקר רצוני שגעלה
נפשם בחכמות החיצוניות כי הבל הנה ובחרו
להלחם



PETRVS COSTVS
IOANNI COSTO
FRATRI S. D.



VANTVM MEVM
studium fuerit vel illustrandæ
vel amplificandæ amicitie no-
stræ, satis ex his literis quas ad
te multas dedi potuisti cogno-
scere. Neq; enim tam fuit aut
obscura aut vulgaris in nos vo-

luntas tua, cuius non aliqua in literis nostris signifi-
catio desyderaretur. Etsi enim semper statuebam ipse,
tam in vtriusq; nostrum animis esse positam & planè
defixam amicitiam hanc, vt neque testibus neque ta-
bellis indigeret: tamen non inuitus adducebar vt cre-
derem, à beneuolentia tua non esse alienum, si aliquo
nostro testimonio comprobaretur. Estque mihi sanè
quàm gratissimum coniunctionem hanc nobis à na-
tura datam, tantopere ornamentis illustrari tuis. Neq;
enim grauatè fero tuis officijs magis quàm nostris,
nos inter nos coniunctissimos esse. Ac erit, ni fallor,
tempus quo tanquàm admotis arbitris, mea in te per-
spici possit & necessitudinis pietas, & amicitie fi-
des: qui dies etsi à me diffisionibus trahitur, nescio
tamen qua tandem animi diuinatione permoueor, vt
illum aliquando meæ in te beneuolentie testem fo-
re non desperem: maiorèmq; in modum à te con-

tendo, vt tantum iudicij nostræ voluntati tribuas, tibi que planè in numero sit, nulla vel ratione temporum, vel absentia iniuria, me abs te abduci posse. Quum autem mihi de discessu tuo nostrorum literis renuntiatum esset, etsi primo nuntio vehementer sum commotus: vbi tamen me recepi, non potui sanè non laudare genus instituti tui: non tam certè quòd ab eo non longissimè abessem, & velut in eadem versarer naui, quàm quòd ea quæ ad animum tuum pertinere existimauero, non possunt mihi non vehementer probari. Quia verò sic nostræ rationes ferunt, vt me abs te temporum & locorum spatijs voluntas seiunxerit, sic tamen habeto tanti à me fieri vsu consuetudinis victusque tui, vt cum desyderium quod ex sermonibus nostris capiebam, moderatè ferre non possem, iudicari ego cupiditati meæ facturum satis, si absens tecum loquerer, & quæ nobis in sermone quotidiano solebant vsuuenire, ea scripto representarem, hancque vnicam leuationem animo perturbato concederem.

Cum autem iisdem rebus vteremur, memoria tenes non in deambulationibus & spatijs tantum, sed etiam aliquando inter pocula illa rorantia, graues sanè locos & à communi vsu abhorrentes tractari à nobis solitos: qui à veteribus Philosophis pertractati, fusè in diuinis literis recentioribus præsertim, explicantur. Quo loco in mentem venit, quantos apud eos strepitus & clamores mouerint, qui se in hoc genere aliorum luminibus obstruere facillè existimabant.

*Adumbratio
veritati
prælatæ.*

In quo satis nostros homines mirari non possum, qui ea præcepta quæ & facillima sunt, & planè sensibus populi accommodata, sola sunt complexi: quæ

quæ verò perfectum quiddam in animis hominum inurunt, ea ne attigerunt quidem. atque, vt liberè sentiam, si quæ mandata sunt quæ in arcæ dispendium nullo modo pertinent, illis ea sunt in amoribus, illa deosculantur & fouet: quæ autem ad speciem illam honesti proximè accedunt (quam in Euangelijs expressam animo cernimus, hanc si oculis intueri possemus, mirificum sui, vt ait Plato, desyderium faceret) ea omnino repudiarunt. In quo etsi nos placatos, & beneuolos habere debent, quòd nullus sit tam Lynceus qui in istis tenebris nihil incurrat: hoc tamen illis sum iratus magis, quòd in isto genere non offendunt solùm, sed hanc suam noxam ponunt benefacti loco: & dum iura omnia & diuina & humana populari iudicio metiuntur, omnèque sapientiæ theatrum à seipsis petunt: ea respuunt, quæ à demagogis & popularibus iuis declamatoribus dissimulatione & silentio prætermittuntur. Optima opinor ratione, ne apud eos in quibus alterum Atheniense Prytanè statuunt, professæ palam veritate in odium & suspicionem veniat. Quamquam quo magis dicendi genere apud sapientes & Christianos gratiæ in eas, quàm si ea tu in lucem attuleris, in quibus (si negentur verbo) Apostolos ipsos, locupletissimos vindices & auctores laudare possis? Quod sanè Christianis hominibus magis dolendum est, quòd quibus nos Iesus Christus veteribus illis Iudæis præstare voluerit, ea omnino istis præstigijs concidunt & peruertuntur. Quid enim districtus ille viuientis Christi gladius agebat? (de verbo eius loquor) quæ mens, qui sensus erat animorum suorum? nonne vt veteris legis umbras, perfecta iustitiæ veritate abstergeret: &

Forma honesti.

Prytanè.

Verbum Dei.

eos qui se ad eius disciplinam contulissent, ad solidæ & minimè adumbratæ virtutis genus traduceret? Quæ cum non tantùm hominibus leuiter eruditis, sed etiam vulgo peruagata & velut in ore sint, mirari nō desino, quid causæ est quòd tantopere à sententia Euangelicæ legis alieni simus. Quid enim aut à Christo tam abhorrens, aut à veritate Euangelij tam longè positum esse possit, quàm non tantùm de Christi præscripto discedere, sed ne ea quidem imitando consequi, quæ immanissimus quisque facere non recuset? Nam si testante Deo, publicani & id genus homines, quos ne simulachra quidem virtutis appellare queas, ad bene merendum de agnatis & coniunctis nature propensitate impelluntur, quæ poena Christiano homini constitui potest, qui ne apud suos, nisi summis usurarum aut eius quod interest additamentis, in creditum eat? Quo in genere tam certè offendunt homines nostri quàm qui maximè idque opinor confidentius, quòd quæ in Euangelio de beneficijs collocandis, hospitalitate nos inter nos retinenda, & officijs vltro citroque conferendis fusius recitantur, ea consilio & voluntate, non autem præscripto metiuntur. A quibus si de dignitate & honesto sermo fiat, non tantùm Euangelicæ veritatis, sed & philosophiæ veteris præsidium deseritur. Qui quòd temporum vitia sibi quibuscunque modis tuenda esse iudicauerunt, nouum quoddam virtutis & perfecti genus ad vitam & hominum mores videntur attulisse: in quo si se mirificè exercent, præclarissimè secum agi opinantur. Cui enim illorum non amplissimum virtutis testimonium redditur, si à bene agendo & recte factis cogitatione remotissimus, id tantum oneris sibi imposuerit,

Publicani.

Christiani.

Nouum genus perfecti.

vt

vt manus & oculos ab iniuria cōtinentes habeat? Quæ non quasi singulari virtute præstantem in cælum effe-
rent laudibus, si modò de nullo malè mereatur? Quid-
dam profectò magnificentius & vberius fides nostra
postulat, in cuius honestate ne ille quidem videbitur
constitisse qui alteri non nocuerit, nisi etiam ita sit
animo affectus, vt in eo officijs omnibus & pietate,
retinendo decumbat totus, statuátque nihil esse
in quo magis Christiani hominis splendor eluceat,
quàm si plurimos obsequijs & liberalitate sibi ad-
iungat. Sed ignorant homines quàm magnum sit
vectigal hospitalitas: neque probè animo cernunt
ὅτι ὁ ἀλέων ἡμῶν πάντος, vt ait antiquus ille Poëta. Tu
cum Christiani hominis institutum ab agendo semo-
ueas, & in studio rei familiaris immori velis, ne-
que quicquam eorum quibus maximè vitæ hone-
stas continetur, ad te putes pertinere, vllumne
tibi inter Christianos locum relinquendum esse
existimem? Quid si ne à Stoicis quidem in porticu
deambulandi potestas fiat? Quid si in Cynosar-
ge vel Lyceo esse tibi per Philosophos non li-
ceat? apud quos sapiens habitus est nemo, nisi cum vi-
tiorum fuga virtutis actiones coniungeret. Itaque bel-
lè sapientissimi homines duo iniustitiæ genera posue-
runt, vt non tantùm eum qui alteri noceat de iniusti-
tia appellarent, sed qui nulli prodesset, is in eiuf-
dem criminis inuidiam illis vocaretur. Iam igitur
apud nos omni pietate & iustitia excellentes esse per-
hibentur, non qui in beneficijs in proximos collocan-
dis perquam faciles sunt, tales enim ætas nostra non
vidit: sed qui de seipsis largiter merentur, etiam ad

*Bene agendi,
& à malo de-
clinandi, ater-
na societas.*

Hospitalitas.

Hesiodus.

*Porticus...
Cynosarges.
Lyceum.*

*Duo genera
iniustitiæ Phi-
losophis.*

I iij

Charitas à seipſa incipit vulgo & belluis.

hanc charitatis gloriam pertinere se omnino afferant. Nam, ut illi inquit, bene constituta charitas à seipſa initium habet. Qui si mihi stomachum mouerint, etiam belluas & feras ne huius quidem laudis expertes esse prædicabo. Ut perquam difficile dictu sit, an cum bestiis simili pietate sint comparandi: nisi quòd hac in re forſan belluis multo superiores sint, cum illæ ad id quod adest quòdque præſens est moueantur solum, parumque sentiant præteritum & futurum. At in istis hominibus incredibilis quædam est futurorum præſensio, tantæque habendi cupiditas, ut nisi bene ac feliciter rem fecerint, plurimum de dignitate sua & nomine decedere existiment. Itaque etſi proximè aliquis nostrum veteris legis Nazaræos imitetur, sitque in facris audiendis & assiduus & multus, aliquando ieiunet, hocque encomio dignus putetur, ut in eo cupiditates omnes deferbuiffe videantur: nisi tamen pietatem colat, & beneficiorum magnitudine apud multos gratiam ineat, pauperibus adiumenta rerum concedat lubens, & quo quique opis maximè indigeant, eis plurimum liberalitatis conferat, ne is certè minimam Christiani hominis laudem videatur esse consecutus. Nam priora illa quanuis non omnino contemnenda, nobis tamen cum cæteris sunt communia. At pietate & iustitia præſtare tam Christianum est, ut illis sublati non habeat fides nostra in quo possit consistere. Quæ si cogitatione attingissent ij, qui se Euangelicis actionibus & omni virtute excellentes purant, plus forſitan studij & operæ in eo genere posuissent, sine quo Christianus esse que-

Nazaræi.

Officia hominis Christiani.

at

at nemo. Quid, qui sine diuitijs nullam vitam esse ducunt, & à paupertate tanquam à teterrima bellua alieni sunt, hos Christianos possis agnoscere? Quam si tan topere in seipſis fugiunt, ut hanc alijs pro nefario scelere ponendam esse existiment, quid erit in quo Euangelij splendor retineri possit? Nam si aliquis ea quæ cæteri admirantur, expetenda non ducat, & rei tenuitate delectetur, huic certè homini pauci admodum Deos propitios, nostri iratos putabunt: tamque miseram & depressam virtutem sermonibus describunt suis, ut insignia veræ laudis & gloriæ potius in amplificatione patrimonij, quam in præstantissima illa honesti specie sita esse arbitrentur. Si enim ab aliquo in re sua familiari iactura facta est, si qua in bonis illis externis accepta plaga, is omnium sermonibus perferatur reus, illique à Domino iusta alicuius sceleris pœna constituta esse prædicatur. Populares homines, verèque terræ filij, qui ex ijs rebus quas nemo sapiens vnquam expetendas duxit, virtutis & vitij iudicium ferunt. Damnanda profectò arrogantia, quiddam malum & fugiendum iudicare, de quo, ut virtutis esset loco, à Iesu Christo rogatio facta est: Beati, inquit, qui esuritis. Item postea, Beati eritis quum vos oderint homines. In quibus à nostris nefarij cuiusdã criminis argumentum statuitur, quasi Deus optimus maximus hac vita beneficentiæ & liberalitatis mercedè hominibus concluderet. Ac mea quidè sententiâ sic se res habet, ut ad prosperam aduersamque fortunâ qualis sis, aut quemadmodum vixeris nihil intersit. Ut enim cum cuius res secunde sunt, non continuo Deo acceptum esse crediderim, ita & illum cuius in modico fortuna angusta est, ut cõdamnem adducar nunquã. Quid enim

Virtus, vitij loco.

Prospera aut aduersa fortuna nihil ad mores.

quæso ad probitatis aut malè actæ vitæ conscientiam pertinere potest facultatum disceptatio? quæ tam certè fortuitæ & corporatæ sunt, vt illis cum animo non possit esse societas. Itaque ineptè & parùm philosophicè Diogenes Cynicus dicere solebat, Harpalum, qui temporibus illis felix prædo habebatur, testimonium ferre contra Deos, qui in prospera fortuna tantum diu viueret. Quòd si vetera exèpla dispicimus, quàm multos reperias qui omni crudelitate & flagitijs impuri feliciter imperarunt. Nam & Dionysius Syracusanus duo de xl. annos florentem opibus ciuitatem tenuit: de quo tamen plurimæ consentiunt gentes, spurcum & scelestum ducem fuisse. Omniumq; longè crudelissimus Cinna Romæ diu Dictaturam gefit. Et ex Iudæorum quidem historijs Herodes parricidio vxoris & filiorum trium, cæterorumq; omnium facinorum macula infamis, cum veterum Iudæorum armis florentissimam rempublicam à Populo Romano accepisset, primus exterus eam rexit, & summa cum gloria ad extremam senectutem imperauit. Hos igitur in tantis vitæ sordibus, nemo Deo gratos esse iudicauit, quòd illi tanto tempore in omnibus rebus fortuna respondisset. Qui autem ea quæ ab omnibus expetuntur bonorum subsidia negligunt, aut etiam si quid non modò aduersi sed planè euersi acciderit moderatè ferunt: hi certè quanquam nostris desipere videantur, ne mihi tamen procul ab Euangelij laude abfuerint. Nam si Iesum Christum, qui ita apud Matthæum loquens inducitur, audire placet, Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis: Item, Nolite solliciti esse dicentes, Quid manducabimus aut bibemus, aut quo operiemur? quid tandem afferunt homines

*Diogenes.
Harpalus.*

Dionysius.

*Cinna.
Herodes.*

Non curandum de crastino.

mines nostri, cur non eos mirabiliter laudandos existimare debeant, apud quos incredibilis illa habendi desedit cura? Quid porro illis in mentem venit, cur non eos grauius arguendos esse censeant qui meliores horas suas, omnia denique studia ad diuitiarum cupiditatem contulerunt? Istis etsi fortasse nulla peccati labe inuri possit, magnopere tamen sit vitio vertendū, quòd illud legis Christianæ capitulum (in quo totius Euangelij scopus est) pro derelicto habeant: neque solū hoc sibi condonatum volunt, sed etiam filios suos cæterosque qui ad eorum tutelam & clientelam pertinent, in eandem delicti societatem vocant, vt simili opum quærendarum cupiditate alacrius incitentur, neque vllum de diuitijs cogitandi tempus intermittant. Quibus si ea quæ in Euangelij fusius hanc in partem de scripto recitantur, protuleris, statim consilium esse, non autem præscripti necessitatem audies. Quòd si arctius virgeas, neque pedem referre velis, iisdem verbis vsos esse eos prædicabunt, qui de hæresi inter reos memoria nostra relati, maximis supplicijs vitam finierunt. Quis enim, inquit, nisi de fide malè sentiens, diuitias refutandas censet, quas sequitur optimus quisque, & reliquis omnibus rebus anteponit? quibus quærendis non inferuire ius gentium violentis est, & quodammodo naturæ ipsi cum Gigantibus pugnantis. Nesciunt homines egregiè cordati, ea Christum in sequacibus suis expetisse, quæ extra hominis facultatem sita esse arbitrantur omnes. Nam vt ille idem testatur, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Quæ cum sint apertissima, si quis ex nostris ea ægrè in-

*Pietas patrū
in filios.*

*Impossibilia
hominibus,
Deus facilia
iudicat.*

animum inducit, hunc non modò ethnicum post Christum, Talia enim (inquit ille) gentes inquirunt, sed hæreticum & blasphemum esse prædicabo.

Ac fuit tempus illud quum grauiorum studiorum tempestate iactatus, ad sacrarum literarum otium, tanquam in portum confugissem, incidi in Salomonis Regis Ecclesiastæ. Quem ego quum Hebraicè percurrissem, nescio quos in me amores citauit sui (credo equidem quòd à diuinis Euangelij nostri sententijs non multum discreparet) vt etiam incredibile planè desyderium iniecerit, exemplar aliud longè vberius Caldæo sermone conscriptum perlegèdi. In quo varia fortuna versatus probè iudicare non poteram, videreturne Caldæus ille paraphrastes aliquid dignitatis & lucis Archetypis ipsis attulisse. cum tamen peruiderem multos Hebræorum codices apud Græcos & Latinos in fidem & societatem esse receptos, Caldæum autem in Latinam linguam versum planè nullum, existimaui non ingrati multum rem facturum, si eniterer ipse vt aliquando Caldæos Latine loquentes audiremus. Cumque Caldæus ille Ecclesiastes perpetuo orationis cursu ab Hebræo distinctissimus, dicendi genere ferretur, & quæ à Salomone velut in pugnum erant contracta, manu explicata nescio an feliciter ampliasset, visus sum mihi operæpretium facere si Caldæus liber authoribus nobis ad præsidium Latinæ linguæ confugeret, & à nobis Latinitate donaretur. Neque me tam linguæ nouitas mouit, quàm quòd eum librum in manus sumpseram, qui ita Euangelio nostro consentiret, vt eorum magnopere esset refertissimus, quæ

*Ecclesiastis
& Euangelii
consensus.*

Christ

Christianis semper in ore esse debent. Quantum autem authoritatis & dignitatis habeant literæ Caldææ, veterum Iudæorum fatis testantur lucubrationes: apud quos ingens ille Bibliorum liber etiam in Caldæum transcriptus est: tantæque & religione & fide vtranque linguam adamarunt, vt illas mutuo & perpetuo consensu colligarint: neque quenquam in Hebræis sapere iudicant, qui non idem & Caldæa delibasset. Atque eam fuisse affinitatis causam coniectura ducimur, quòd à Babylonijs capta & direpta Hierusalem, multis fuis & fugatis, qui deditorem fecerant, in colonias Babyloniorum captiui sunt deducti: vbi quum temporis diuturnitas auitos illorum mores commutasset, facilè patriam linguam dedidicerunt. Veriti verò seniores, ne linguæ ignorantia, etiam legis obliuionem pareret, legem ipsam & Prophetas ferè omnes in Caldæum transtulerunt: qui sermo illis consuetudine & vsu eorum quibuscum viuebant, erat familiarior & notior. Hunc occasione à patribus acceptum tam religiosè posteris coluerunt, vt ad hæc vsque tempora ad Iudæorum animos opinio peruagata sit, Caldæas illas paraphrases sententijs plerunque à typo differentes, diuino quodam spiritu conscriptas esse. In quo doctorum sit iudicium & existimatio. Ego verò (nisi me rei grauitas à iudicando dimouere debet) facilè adducor vt existimem, nihil esse in quo illæ tanta religione, dignitate & fide à nobis accipi debeant. Quid enim tam magnificum aut reconditum, quid hominis Christiani expectatione in eis dignum iudicemus, quarum nonnullas post mortem

*Lingua Cal-
dææ authori-
tas.*

K ij

Christi à Iudæis fidei nostræ inimicissimis conscriptas memoriae proditum est? Sed tamen ne semper auctores ipsos meditemur, satis libri illi rei subiectæ dignitate seipso tutantur & defendunt. Quid enim aliud agunt, quàm Hebræi contextus veritatem ipsidem aut vberioribus verbis ad Caldæum dicendi genus traducere? Accedit quòd æterna quædam est, vt dixi, vtriusque linguæ societas, & tanta sanè, vt nullus nisi illotis manibus in Hebræis versari possit, nisi ad illam gloriam, laudem Caldææ sapientiæ adiecerit. Nam & vasta illa Talmudæorum compages, & magistrorum commentaria, tam multa à Caldæis mutuarunt, vt potius Babylonijs quàm Hebræis scripta esse videantur. Mihi quidem etsi multis nominibus vtraque lingua commendetur, hoc tamen est in delicijs magis, quòd ab illis populis omnes artes & disciplinas in nos manasse memoriæ proditum accepimus. Nam, vt Cicero auctor est, primi Assyrij propter planitiem & magnitudinem regionum, quas incolabant, cum cælum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motusque stellarum obseruauerunt. Qua in natione Caldæi, non ex artis sed gentis vocabulo nominati, diuturna syderum obseruatione scientiam putantur effecisse, vt prædici posset quid cuique est euenturum, & quo quisque fato natus esset: qua sapientia tantum sibi authoritatis apud reliquos populos pepererunt, vt ab eis dies peterentur: quasi ab ipsa Natura diuinandi scientiam & rerum futurarum præsentiones accepisse, aut cum lacte nutricis suxisse viderentur. Verùm & Theophrastus & Porphyrius præstantes sapientia viri Iudæos natura esse

Caldæa & Hebræa ling. societas.

Talmud.

Caldæi diuinandi peritissimi.

Phi

losophos existimarunt: & Pythagoricus Numenius tradidit, nihil esse aliud Platonem, quàm Mosem Attica lingua disputantem. Quæ etsi à nobis fusius explicantur, eo tamen pertinent, ne quis Hebræorum & Caldæorum volumina tanquam subditios partus, de familia & gentilitate omnino dimittenda esse opinetur. Quam sententiam pueris nobis, memoria tenes vel eorum animis insedisse, qui quasi sedentes in puppi soli de cælo seruabant, & tempestatum locorumque rationem longè præsentiebant. Deridenda tamen hominum amentia tantum sanè laudantium, quantum se posse sperant imitari. Verè enim si volumus iudicare, quid aliud spectabant ridiculi illorum conatus, quàm vt soli sapientiæ antistites haberentur: veriti opinor ne si tanta illa literarum monumenta in vulgus exirent, existeret aliquis Flavius Scriba qui cornicum oculos configeret, & ab eis incautis prudentiam omnem compilaret. Quorum opinio cum non satis probaretur mihi, non contendi solum, vt ego aliqua linguæ illius cognitione procederem, sed id egi maximè, vt eorum studia licet mediocriter adiuuarem, qui se in gratiam linguæ recipi non recusarent. Etsi verò libellus iste, quem ex Caldæo versum in tuo nomine apparere facimus, plurimum tibi abesse videbitur à dignitate Græci aut Latini sermonis: nullumque sequi orationis florem: sic tamen statuas velim, eum grauitate & pondere sententiarum refertissimum, & perfecti cuiusdam adumbratione maiestatem Euangelicæ nostræ disciplinæ proximè contingere, planèque philosophicam illam seueritatem complecti. Quid enim in diui-

Iudæi natura Philosophi. Plato, Moses Atticus.

Flavius Scriba.

K iij

nis pertractandis, aut potius transferendis affert vberius, aut tam admirabile lenis ille & æquabilis orationis tractus, aut impetus quidem dicendi incitator, si modò sententiarum splendor retineatur? Quia tamen, si te à contextu non dimoueas, videatur potius cum Epicureis & Cyrenaicis patrocinium voluptatis suscipere, quàm cum Zenonijs & Stoicis se ad virtutis actiones conferre, quæ ad benè & beatè viuendum seipsa contenta est: paucis explicabo nostram de ea quæstione sententiam, & quasi ruti cæsis receptis, tibi tamen amantissimo mei relinquam, quæ forsan aptè & loco posita esse videantur.

Ac fuit de bonorum & malorum fine varia inter Philosophos disputatio: atque haud scio an vnquam ætate illa inter doctos constiterit. Ut verò à capite arcessamus, primus Socrates à rebus occultis, (vt ait Cicero) & ab ipsa natura inuolutis, Philosophiam auocasse & ad hominum mores adduxisse fertur: cùmque tot esset artis & doctrinæ præsidij à natura instructus, vt nihil in quæstionem cadere posset, quod à quotidianis disputationibus suis excluderet: cùmque ea esset in dicendo facultate, vt non modò de multis rebus disputaret, sed etiam rem eandem (vt sæpissimè alijs dies alios mores exoptulat) alijs atque alijs modis tractaret, facile ex eius schola profeminatæ sunt dissentientes Philosophorum familiaria: & quod quisque in eius sermonibus adamarat, id certè animo est complexus, séque in eo maxime exercuit. Vnúsque Aristippus (à quo Cyrenaici, & qui postea dicti sunt Epicurei) cùm iucunditatem & sales in Socratis colloquijs permagni æsti-

Socrates.

Aristippus
Cyrenæicus.
Epicureus.

æstimasset, nouum quendam voluptatis & deliciarum ludum aperuit, solùmque & summum bonum ad sensum & appetitum reuocauit. Cui quum vel ipsa natura à labore in libidinem propensior, multos sequaces & velut patronos conciliaffet, facile hæc res vniuersum orbem non fama solùm sed plausu peragravit. Primùm enim acerrimum sui defenforem & vindicem Epicurum naçta, ad posteros dimanauit. Quamquam quid est quòd Epicuri voluptas, virtuti coniuncta iudicari non debeat, qui potius animi quàm corporis voluptatem non præceptis tantùm, sed moribus & vitæ genere videtur esse complexus? Vt enim apud Laërtium legimus eum demum boni finem esse dicebat, rectum quietumque animi statum, quam *εὐθυμία* vocauit, eadem illi *εὐεστία* nuncupatur, quam & tranquillitatem & optimam animi cõstitutionem appellemus licet. Quæ enim non tam ad belluarum titillationem quàm ad mentis leuationem seipsum retulisse non existimetur, qui à sensibus propemodum suauitatem excludat, vino abstineat, & solis oleribus duriter vitam suam tueatur? Itaque cum eo nulla nobis erit disputatio. Et si Stoici ipsi voluptatis nomine opinor infestiores, eum in suis sermonibus malè accipiant. Ad Cyrenaicos autem & Corinthus ille hæreticus pertinet: qui cùm offendisset Euangelica præcepta mirè cum voluptate pugnantia, moderatione quadam adhibita, res natura sibi discrepantes ad consensum reuocauit, & hominis Christiani felicitatem sola voluptate statuit. Quæ hæresis cùm multis placuisset, etiam ab ipso Mehemete adamata est. Hic cùm in rudem & efferum Agarenorù populù fortuna

Epicurus.

*εὐθυμία.**εὐεστία.*Corinthus
hæreticus.Mehemetus
Agareni.

incidisset, nulla alia religionis forma illorum animos sibi magis deuinci & obstringi posse existimauit, quàm si eam legem & rogationem ferret, quæ sensibus hominũ consentiens seipsam voluptatis præsidio tueretur: tantumque amentia processit, vt nulla sit tam nefanda & turpis voluptas, cuius non aliqua sit in illius lege adumbratio. Itaque non est mirum, si in eas blanditias à multis nationibus concursus est. Verum & hos relinquamus quibus nullum est cum virtute commercium. Ex eodem fonte nempe Socrate, deriuati sunt qui se Stoicos nominarunt. Hi cum seueritatem in præceptore & seniles mores impendiõ probassent, nouum quoddam viuendi genus animo arripuerunt, & felicitatem sola virtute statuerunt. Noua certè res & ab omnium opinione abhorrens: quasi homo duabus partibus animo scilicet, & corpore non contineretur. Quid enim aut tam neotericum, aut à sensibus hominum tam alienum esse potest, quàm in diuitijs paupertatem summam, in extrema inopia opes collocare? Quis vnquam gentiles & eos quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, mancipia & quasi venales Sardos, & è diuerso seruos, liberos existimauit? Quis dolorem in bonis, diuitias in malis habuit? Quis nostrorum hominum peccata equalia esse iudicauit? Quæ etsi portenta quædã videantur esse, si quis tamen penitus intueri velit, nihil esse quod ad sententiam Euangelij propius accedat, facile reperiet. Primum enim in libris Euangelicis id efficitur maximè, vt ex hominum mentibus illa penitus euellatur opinio, quæ in omnibus naturam ipsam tanquam optimam viuendi ducem, sequendam esse censuit. Etsi enim summam conseruandæ hominum perpetuitatis rationem arbitr-

Stoici.

Consensus
Stoicorum cum
Euangelio.

arbitrata est ipsa natura, si omnes cõmodis gauderent, & ab incommodis abstinerent, quòd illis amorem sui indidisset, hoc est (vt ait Cicero) appetitum boni & fugam mali: quid tamen in libris Euangelicis aliud agi videmus, quàm vt illa naturæ primogenia (vt loquitur Taurus Philosophus apud Gellium) ex hominum mentibus penitus euellantur? Qui enim (vt ait diuinus noster Legislatores) amat animam suam, perdet eam. Iubet igitur nos in adeundis periculis fortes & alacres esse. subdit præterea, Beati eritis quum vos oderint homines, & cætera. Quid? qui in summa paupertate & rationibus afflictis felices prædicat, qui ærumnis & doloribus confectos beatos censet, nunquid maius quoddam quàm ab ipsa natura quasi præsidium existimari possit? Quo in genere mirum quantus sit Stoicis cum Christianis cõsensus. Etsi autem Stoici, in optimis actionibus naturam ducem & quasi signiferam statuerint: ex reliquo tamen omni eorum sermone facile coniectura ducimur, de ea natura verba fecisse, quæ propriam sibi & quasi insitam virtutem habet: à qua nondum paruuli illi ad honestum igniculi excesserint, habeatque adhuc ipsa secum ea dignitatis seminaria, quæ si adulescere sinerentur, ipsa sanè homines ad beatam vitam possent perducere. Vnde & verè monet ille, iustos nos à natura esse factos: quasi ab ea tantum in homines dignitatis sit inuectum, vt ius, vniuersum æqui & boni quasi exitum in animis hominum reperire possis. Quòd si de ea natura loquimur (corrupta consuetudinem rectius appelles) quæ vel teste Dauide deprauata opinionibus propensitate in malum fertur, non

Primogenia
natura.

*Præposita.**Diuitiæ con-
temnenda.**Cur Iudæi
non se ad Chri-
stum conuul-
erunt.*

est certè quòd in veri perspicientia nos ad eam re-
feramus. Iam verò si de præpositis (vt ipsi dicunt)
hoc est, corporis & fortunæ bonis quærimus, quid
est in Euangelijs tam magnificum tamqueicum ani-
mi magnitudine coniunctum, quod illi scriptis &
disputationibus suis non adumbrarint? Viro forti
& sapienti, inquit, opes omnino contemnen-
dæ. id qua societate ad Euangelica mandata perti-
neat nescit nullus. Simile est (dicebat Seruator no-
ster) regnum cælorum homini mercatori, qui eum
ad emendas margaritas peregrè esset profectus, in-
uenta vna, omnia sua vendidit, vt illam compararet.
Potuitne & illustrius & clarius in oculis omnium
ponere, non tantum homini Christiano & sapienti con-
temnendas diuitias, sed penitus tanquam malum
quoddam abijciendas esse? Quid enim est tam pu-
silli tanque angusti animi, quam amare diuitias? Sed
ne rebus tam apertis faces verborum admouere vi-
deamur, nunquid in hac quæstione Dominus noster
diffusè satis mentem suam posteris tradidisse visus est,
quum ei qui se vel minutissima legis obseruasse præ-
dicabat, dixit, Vnum tibi reliquum est, vende omnia
quæ habes & sequere me. Atque eam fuisse causam
suspiciari possumus, quòd in eadem legis societate,
tanquam in equo Troiano Iudæi cum principibus
Apostolis includi tantopere recusarint. Cum enim in
lege Mosaica diuitiæ locupletissimis testimonijs com-
probarentur, neque aliud Moses ijs qui legis terminos
non transiissent promittere videretur, quam quoddam
velut cornu copiar, fecunditatem liberorum & tran-
quillitatem domi, foris autem vbertatem non pote-
rant

rant sanè in eam legem pedibus ire, quæ naturæ con-
sentanea, & velut in sensibus posita cū aërijs & planè
diuinis cõmutaret. Quòd si creator noster Iesus Chri-
stus personam Cyri Regis Persarum, aut Alexãdri Ma-
gni indues, rerum gestarum magnitudine orbem ter-
rarum impleuisset, credendū est Iudæos, qui nihil me-
lius, nihil expetendum magis imperijs & populari glo-
ria iudicauerunt, facile ad eum discessionem facturos
fuisse. Ex quibus efficitur virtutem ipsam non Stoicis
tantum, sed Christianis in summo bono esse. Diuitias
autem minimè expetendas, planèque sapienti homini
fugiendas. In quo etsi Stoicis maximè gratuler, qui no-
bis in hoc genere de omni officio præierunt, dolèdum
est tamen Ethnicos homines dignitate & studijs virtu-
tis, Christianis præluxisse. Citentur ergo septè sapientes
præclarissimæ virtutis omnis & continentia testis.
Allegetur Crates Thebanus, alijque innumerabiles,
qui opes suas non tantum fortiter contempserunt, sed
à se omnino repudiarunt: iudicantes hominem qui
vel punctum temporis his retineretur, illi nullum esse
cum virtute commercium. Quòd si veteres illi
tantum sapientia præstiterunt, vt studia virtutis
vel ab ipsa natura, vel magistrorum disputatio-
nibus accepta, sola sunt amplexi: quid nos tandem
facere oportebit, qui à Deo optimo maximo latam le-
gem & à maioribus nobis traditam solumus & defen-
dimus? Quid si in diuitiarum despectu & rerum mun-
darum cõtemptione, perpetuus sit Euangelij cursus?
Sed tamen quid facias, hominibus ijs, qui id benefi-
cium naturæ inuiderunt suæ, vt non tantum ad
opes & dignitatum ambitum omnia referant, sed eos

*Iustus dolor.**Septem sapie-
res.**Crates.*

insanos & dementes prædicent, qui animum suum
 ab honoribus & diuitijs, ad virtutis studia reuocare
 volunt: iam enim eos peruasit opinio, vt omne tem-
 pus perire existiment, quod non lucro impendatur.
 Qui eò forsan iniquiorem me habere debebunt iudi-
 cem, quòd in eam partem à nostratibus magnopere
 peccatur: à quibus nihil probatur nisi, quod cum que-
 situ coniunctum est. Quibus eò minus ignoscendum
 esse arbitror, quòd in tanto virtutis & disciplinarum
 omnium gymnasio, species illa honesti non possit nõ
 omnibus esse perspecta. Sed tamen nescio quod vitæ
 genus effinxerunt sibi, vt ea sola potiora habeant, per
 quæ ad rei familiaris incrementa aditus esse solet.
 Quibus autem forenses illæ, & comitorum prensa-
 torumque molestiæ stomachum faciunt, ij rerum om-
 nium & scientiarum ignari iudicantur. Quantas igitur
 tragœdias istos homines excituros censes, si illud
 Lucæ apud eos proferas, Omnis ex vobis qui non re-
 nuntiat omnibus quæ habet, non potest esse discipu-
 lus meus. Humanius certè tecum ageretur, si aut de
 legibus agrarijs populare decretum feras, aut tribu-
 nitia intercessione auctoritatem senatus velis minue-
 re. Habeant ergo in manibus Esaiam suum, Audite
 (inquit) verbum Domini principes Sodomorum, &
 attendite ad legem Dei nostri populus Amorrhæ. Et
 rursus paulò post, Væ qui domum ad domum adiun-
 gitis, & agrum agro copulatis vsque in finem loci, vt
 foli tandem in vmbilico terræ habitetis. Sed tamen ne
 semper excellens & perfectum quiddam meditemur,
 nõne viro politico & liberaliter educato id pri-
 mum enitendum esse Philosophi voluerunt, ne qua-
 cum

*Nihil pul-
 ebrum, nisi
 quæstuosum.*

Lucas.

Esaias.

cum premat suspicio auaritiæ. Nihil est enim tam for-
 tis tamque magni animi, quàm contemnere diuitias si
 non habeas, si verò habeas ad liberalitatem con-
 ferre. Quis igitur erit apud eos pietati, quis religio-
 ni, quis iustitiæ locus, qui ita ad diuitiarum Sirenes
 constiterunt, vt omnia iura diuina & humana illa-
 rum illecebris deliniti, voluntaria obliuione con-
 triuerint? Quid verò est tam flexibile tamque tene-
 rum, quòdque quocunque ducas propensius sequa-
 tur, quàm hominis animus cupiditate pecuniarum
 incensus? Scitè igitur & perquam graphicè auaritia
 à Paulo omnium malorum radix appellata est. Ea
 enim innata nobiscum naturæ feminaria restinguit,
 ea malis venenis imbuta corpus animumque virilem
 effœminat, & nullum habet cum virtute commer-
 cium. Hæc est quæ veritatem in Heracliti puteum
 præcipitem egit: hæc Astræam illam deam mortali-
 bus libellum repudij mittere, & in cælum euolare
 compulit: hæc iudicibus (quos aptè *δαρροδάγῃς* Hesio-
 dus vocat) oculos & manus restituit, atque vt breui
 dicam, hæc omnino Christianæ Ecclesiæ statum la-
 befactauit. Prodigiosa certè res, atque ab omnium
 sensibus remotissima. Quis enim vnquam in ani-
 mum inducet suum, Ecclesiam à Christo diuitiarum
 osore acerrimo extructam, & maximo velut pauper-
 tatis diplomate obsignatam, tanta sui dissimilitudi-
 ne ad posteros dimanasse, vt tanquam aliquo Circeò
 poculo ex depressa & humili, elata: ex parca & frugi,
 planè regio luxu diffluens: ex inope, diues sit facta?
 Quis erit tanta animi facilitate, cui hæc facta non fi-
 cta videantur esse? Ac si volumus vetera memoria re-

Auaritia.

Heraclitus.

Astræa.

Hesiodus.

*Constantinus
Imperator.*

petere, reperiemus eos qui ab ipsis nascentis Ecclesiae principijs ad Constantinum Imperatorem fuerunt, haud sanè magna in re, sed tamen fidei & constantiae plenos fuisse: à quibus omnis pro religione Christi dimicatio est suscepta. Cum verò diuitiae in Ecclesiam iniectae sunt, coepitque Clerus in consuetudinem aut Asiaticae, aut Africanae licentiae venire, nescio quae religionem, animi magnitudinem, hospitalitatem, caeteras denique virtutes subito tempestatis turbine, noua quasi procella peruertit. Videmus ergo omnes qui à diuo Petro vsque ad Syluestrum Pontifes fuerunt, constantissimè & fortissimè pro fide dimicasse, idque egisse maximè, vt quasi corporibus suis, exteris ritibus & Ethnicorum cultui aditum intercluderent, praclarissimèque posteris monumentum relinquerent, abscindendae de Republica falsae religionis. Quum verò rerum copia Christiana ciuitate donata est, repente auaritia totum orbem peruasit, coepitque ipse maiorum decor collabascere: cupiditas autem nomini Christiano sanè quam infestissima sic peruicit, vt veterem illam pulchritudinem deturparet, & antiquam formam notis quasi Treijcijs dispungeret: vt iam difficile factu sit pristinae Ecclesiae dignitatem agnoscere. Ac si quis nos in ea opinione esse existimet, quae omnino imperia, iuris dicendi potestatem, principatus & diuitias tanquam perniciosum quoddam venenum de Ecclesia decidere conata est, errore labitur sanè. Quid enim magis ad Ecclesiae amplitudinem pertinere potest, quam ijs ipsis abundare, quibus ad hospitalitatem & liberalitatem aditus esse solet: in quibus apud homines vir-

tutis.

*D. Petrus
Syluester.*

tutis splendor inest maximus. Quis est tam expers humanitatis, qui pietatem erga homines (qua potissimum fides nostra continetur) ab Ecclesia amputare velit? Nulla certè re propius ad Deum accedimus, quam statutas expensas pauperibus dando: quarum rerum vel laus praestantior esset euulsa ex memoria vitae nostrae, si opes suas laici principes tanquam postliminio ab Ecclesia recipere sinerentur. Quapropter in Canonibus bene & ex ordine constitutum est (si qui tamen hodie Canones sunt) vt Episcoporum & praefectorum Ecclesiae bona quadruplici iure censerentur: vna scilicet pars illis ad tuendam rem suam domesticam adiudicaretur: altera in fiscum Ecclesiae, quam fabricam vocant, committeretur: tertia ad pauperes veniret: quarta Clericis relinqueretur. Hoc tamen familiae hereseunda iudicium, publicum silentium refutauit. Quanto verò Christianorum malo ignorat nullus. Verum nunquid ea quae in luce fori est Ioannis xxij. constitutio, haereticos patreque hostes iudicauit eos, qui Seruatorem nostrum & Apostolos nihil habuisse dicerent, quique Ecclesiae amplissimas opes inuiderent. A quorum sententia longissimè absun. Neque verò satis mirari possum Bartolos, Baldos, Panormitanos & id genus homines, qui de Constantini donatione tam multa posteris reliquerunt. Quid enim opus fuit in re: tam aperta quasi inter sobrios debacchari? Etsi enim donatio illa minimè iure subsistat: satis tamen iuris & praesidij Romanis Pontificibus diuturnitas temporis conciliauit. Nam si volumus initia regnorum memoria repetere, quod tu ex tam multis, longioribus tem-

L iij

*Bonorum Ec-
clesiae diuisio.*

*Ioannes xxij.
Papa.*

*Donatio Con-
stantini.*

porum spatijs confirmatum reperias? Si enim domestica exempla quærimus, sciunt illi qui in annalibus nostris versati sunt, multò post Constantinum Reges in Gallia dominari cœpisse: quorum auctoritatem & ius sacrosanctum si quis in controuersiam vocet, non modò sensu sed pœna indigere videatur. Videant verò omnes in Italia principes, Gonzagas, Esteses, Medicos, & qui aliquando fulminate Italiam dicti sunt Vicecomites, an impetris suis antiquiorem causam aut colorem honestum magis quæsivisse videantur. Habeant igitur quod actori magnopere expetendum est contentem reum, per me illis licet donationem nullam esse. Ad quos tandem ius repetendi spectare videbitur? Ad Cæsaremne Occidentis? an Romanis Pontificibus multò est tempore inferior, ab eisque Imperij fasces & nomen mutuauit. Quomodo ergo non tantùm de finibus imperij regundis, & longius latiusque propagandis, sed de toto principatu iudicio cum eo contendet, à quo hoc beneficio & feudo ornatus auctusque est? Restat ergo ut Imperatori Græcorum repetitio detur, qui ut optimi sunt testes, ij qui probe vtranque historiam nouerunt, verus Romani Imperij successor erat. Verùm incredibile Christianorum clade tota illa dominatio à Turcis direpta est. Cernent igitur hanc hereditatis partem Turcarum Reges, & tanquam mortua Ecclesia in successionem veniant ad bona populi Romani capienda? Sed hæc plus satis. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit opes in Ecclesia venenum sparsisse, si aliqua auctoritate fieri posset, ut Clerici in officio retinerentur, & his ipsis non ad luxum, venaticos canes & omnis generis delicias uterentur.

Reges Gallia.

*Gonzagas.
Esteses.
Medici.
Vicecomites.*

*Imperator
Occidentis.*

*Imperator
Orientis.*

*Turcarum
Reges.*

rerentur, sed ea moderatione rem familiarem gererent, ut reliqua in pauperum aduersaria conferrent, & parem illis rationem ascriberent. Quid enim eos prohibet in summa copia egenos fieri, atque ita ex se se aptos esse, ut à seipsis sua petant omnia, neque illis sit positum in externis bonis præsidium? Sed nescio quæ improbitas & auaritia nonnullorum Clericorum animos occupauit, ut diuitiarum studijs seculares homines antecedant, neque quicquam in religione aggrediantur, nisi eos vis auri & pecuniarum fames impellat. Hos certè maiores nostri tantis virtutum ornamentis præditos esse voluerunt, ut quæ Deus optimus maximus in cuiusque nostrum arbitratu posuerat, ea grauissimis edictis prohibuerint, ut aliqua præ cæteris perfecti significatio in Clericis illuceret: indignum iudicantes eos quibus quasi interpretibus apud Deum utimur, non aliqua à reliquis hominibus virtutis nota cæseri. Quod & piè & religiosè ab ijs obseruatum esse in suspensionem venio, qui primi nullo exemplo, intercedente Græcorum Ecclesia id oneris sibi imposuerunt, ut se nuptiarum expertes mallent. Cuius decreti auctoritas nomine ad posteros peruenit, re autem omnino antiquata est. Qua indignitate commotus Pius Secundus Romanus Pontifex, prædicare ausus est, Summa ratione sublatas Clericis nuptias, maiori restituendas videri. In qua sententia & Panormitanus fuit, acerrimus tamen eorum quæ à Romanis olim Pontificibus rogata & scita erant propugnator: qui Ecclesiam medicorum sapientiam debere imitari ait: ut eas leges principio quidem cum publicis commodis coniunctissimas, sed tamen rerum &

Veterum Clericorum decor.

Pius ij. Papa

Panormita

Concilium Ni-
cænum.
Pannutius.

temporum successu perniciosas aut omnino anti-
quaret, aut correctione adhibita moderaretur.
Atque id sibi animum præfagire ait, ut aliquando
illa necessitas Clericorum voluntati condonetur.
Et in concilio quidem Nicæno summè laudatus est
Pannutius: qui cum de cœlibatu Clericorum ad syno-
dum referretur, eoque iam frequens esset concilium,
ut interdendas Clericis nuptias statueret: is li-
cet expertus matrimonij esset, graui certè & magni-
fica oratione decreti seueritatem dissuasit, perui-
cique ne continentes nuptiæ cum impudico cœli-
batu commutarentur. Sed quid ego in tantorum vi-
rorum sententijs recitandis versor totus, quas sal-
uis legibus probare, aut cum dignitate improba-
re non possumus? Id tamen cuperem maximè, ut qui
se ad hoc vitæ genus contulerunt, ei se quàm proxi-
mè fieri posset addicerent. Quocumque autem te ani-
mo & cogitatione conuerteris, erit quod in istis homi-
nibus magnopere desyderes. Nam ut alia quæ sunt
innumerabilia omittamus, cuius animus cogitando
non erectus eorum socordia & remissione retinetur?
quem nostrum non cum quadam Ecclesiæ & salutis
publicæ miseratione, offendunt in quos omnium
gentium & populorum ora sunt conuersa: in quibus
sapientes summam remouendam de Ecclesia ambitionis
& auaritiæ spem collocauerunt. Hos rectè Dictatores
appellemus, quibus hoc Senatusconsultum sit per-
scriptum, Cauete ne quid detrimenti accipiat Chri-
stiana Respublica. Vident sanè & vident, quanta de im-
perio Christiano facta est diminutio: animaduertunt
veteres colonos de amicitia & societate discessisse,
neque

neque tamen de istis omnino ad principes & con-
cilia referant. Patiuntur eam ceruicibus nostris pe-
stem impendere, quæ sociorum statum propè iam
deturpauit: nos autem in propinquum adduci dis-
crimen. Illis quidem magnopere gratificandum esse
censeo, quòd his clauum tenentibus tanquam duce
Cynosura, eum nacti sumus portum, vbi tutò & secu-
rè consistamus. Tantùm enim illis vel sapientum iudi-
cio tributum est, ut nisi sibi pro fide & religione omni-
no aut decernendum, aut decertandum esse statuissent,
Ecclesiam quam vixdum tenemus, nullam certè ha-
beremus. Quibus quòd à Republica Christiana non
omnino deiecerunt oculos, magnam habemus gratiam.
Sed tamen vellem ut reliqui corporis rationem etiam
habuissent. Verùm ut Appelles Veneris caput & sum-
ma pectoris politissima arte perfecit, reliquam autem
partem inchoatam reliquit: sic & illi summa & capi-
ta fidei impensè curarunt, reliquum autem corpus
rude & imperfectum reliquerunt. Itaque Ecclesiam
vel ab ipsa patrum nostrorum memoria repetens, mi-
rari soleo, quòd cum illorum maiores turbulentissi-
mis Ecclesiæ temporibus se præclarissimè gesserint,
& mirificas summorum Pontificum discordias se-
darint: ita de pristina & velut hæreditaria vigilan-
tia & animi magnitudine deciderunt, ut in tantis
periculis versari nos tandiu, æquo animo patiantur.
Meminerint ergo quanta fide & constantia, eorum
maiores grauissimas de Papatu discordias in conci-
lio Constantiensi extinxerint: quot legationibus
ad populos & nationes missis, Pontifices tres inter

Appelles.

Veteres vira-
nenda in Ec-
clesia pacis
studiosi.

Concilium Con-
stantiense.

M ij

*Concilium
Ferrariense.*

se diffidentes ad æquitatem reuocauerint, & se magistratu abdicare coegerint. Videant qua fortitudine Græcos à Latinis in ritibus discrepantes, in concilio Ferrariensi ad religionis nostræ societatem adduxerint. Existimauit amplissimum illud doctorum collegium sua non tantum interesse, regni principatum in fide retineri: sed ad officium suum spectare, Christianos vniuersos locorum interuallis disiunctissimos, vno & eodem vitæ modo censerî. Quod si tam laborem fastidiunt, vt externa parum ad se pertinere existiment, cur suorum sacerdotum supra & sordes iure non coercent, quibus externos homines ad defectionem impulsos esse plusquam manifestum est? Cur beneficiorum publicanos & mancipes ad pœnam non deposcunt, aut Clericos emaniores & cruentis bellis implicatos, ad Ecclesiæ suæ stationem non reuocant? Cur concilij Basiliensis decreta obseruari non cogunt? quorum auctoritatem cum omnino abrogare vellet Eugenius quartus (qui iam olim iustis comitijs designatus Pontifex multos annos magistratum gesserat) sententia concilij priuatus est. Cur Episcopus gregarijs hominibus, laxis & imperitissimis quibusque beneficia conferentes de officio non appellant: eosque de ambitu Clericorum & simonia, deque manifestis stupris translatiuè constituentes non excitant, atque adeo Clericis ab illis in ordines cooptatis, dare beneficia iuxta canonum instituta non cogunt? quorum tenuitate aut avaritia effectum esse videmus, vt præstantissima quæque sacramenta abducantur ad mercedem. Quod si nos communis salutis ratio aliquantulum mouet, quis adeo

*Exemplum
in signis ne-
gligentia.*

*Eugenius
iiii.*

adeo in rem suam propendet totus, vt tantam patri-
monij Ecclesiastici direptionem & conturbationem
ad luctum suum pertinere nolit? Nam præter id quod
qui sacerdotijs præsumunt, omnino se illorum cura &
cogitatione abdicant, nullius rei solliciti magis, quam
vt breui manu à redemptoribus suis fructus benefi-
cij capiant, adiungunt certè ad tantam noxam aliud
facinus longè deterius, atque id agunt, vt in Eccle-
siasticis ministerijs nemo nisi ex stipulatione & syn-
grapha versari velit. Iam verò & ad dignitatem Ec-
clesiæ aptius erat, atque adeo ad necessitatem pro-
uinciæ suæ accommodatius, aut vnumquemque pro
se in sacerdotio agere: aut certè ijs qui paupertate,
deserto illi officio se ministros præbent, prouen-
tuum partem attribuere: vt in his muneribus quæ di-
uinitus nobis & gratis sunt concessa, etiam sincere
& gratis versarentur. Decet enim eos quibus digni-
tas tanta obtigit sorte, non tantum omni avaritiæ
crimine, sed etiam suspitione carere. Quia igitur ge-
neralium conciliorum auctoritas, id tot seculis à no-
stris hominibus impetrare non potuit, vt ea ipsi offi-
cia gererent per se, quibus cum beneficio summa
& æterna est societas, tempestati quæso geramus
morem, & quasi mutata velificatione id assequa-
mur, quod in vnius sententiæ permansione, & ve-
lut eundem cursum tenentes (vicio opinor tempo-
rum) retinere non potuimus: coganturque ij qui Ec-
clesiæ suæ stationem deserunt (quia ad id nulla eos
res potest adducere) partem reddituum his qui magi-
stratui Ecclesiastico cæterisque pietatis officijs in-
seruient, transcribere. Non quod vlla sit optanda in

*Gratis acce-
pta, grati cõ-
ferri debent.*

Ecclesia desertio : sed vt de duobus malis magis per-
 niciosum fugiamus. Atque vtinam eos qui nobis ve-
 lut in scopum & arcem quandam sunt positi, non
 tantum Episcopos, sed planè lynceos haberemus, ve-
 réque tales vt optimo iure ab omnibus laudaren-
 tur. Etsi enim peccare tam humanum est vt ab ho-
 mine alienum esse non possit, homines tamen tantos
 in luce omnium offendere tam periculosum est, vt
 rectè videatur dixisse qui ait, Principum cupiditati-
 bus & vitijs ciuitatem infici solere. Quis enim in ea
 delicta licentior non incurrat, cum ij qui illa coërce-
 re debent, eiusdem cupiditatis tenentur? Nam si me-
 moriam temporum replicare volumus, videre licet,
 quales fuerunt administratores ciuitatum, tales & re-
 liquos fuisse ciues. Itaque magistratum gerentibus si
 deliquerint, eò minùs forsan ignoscendum est, quòd
 non tantum peccant ipsi, sed cæteris etiam peccan-
 di illecebram afferunt. Præclara igitur illa quæ flagi-
 rantibus omnibus bonis, concilia quondam consti-
 tuerunt de simoniacis, de concubinarijs, de comi-
 tijs in beneficiorum designatione habendis, nisi sa-
 luberrimi cuiusque decreti perscriptio illis data ef-
 set, per quos partum esse vident omnes, vt etiam in-
 firmis quibusque contra ea liceret. Quoties ergo in
 sacrosanctis illis conuentibus de manifestis Clerico-
 rum stupris lex lata est? quot ijs qui duo sacerdotia
 possiderent pœnæ constitutæ? Horum certè ple-
 na sunt concilia. Proferantur quæso decreta Con-
 stantiæ, quibus Sigismundus Imperator (vt ab ijs
 omnis abesset metus) non modò interfuit, sed etiam
 præfuit. His de rebus toties senatum haberi non
 admo-

*Magistratum
 delicta, peri-
 culosa ciui-
 tatibus.*

Sigismundus.

admodum opus erat, si confestim illis multæ dicen-
 dæ potestas data esset, qui rerum suarum & vitæ op-
 portunitate ab his facinoribus alieni esse possent.
 Quid enim attinet de rebus multis rogationes ferre,
 quæ in tutela & præsidio eorum iaceant, qui soli leges
 illas possunt offendere? Sapientissimè igitur apud La-
 cedæmonios à Theopompo Regibus oppositi sunt
 Ephori, vt regius dominatus magistratuum illo
 rum temperatione in officio retineretur. Quòd si Re-
 gem Regi opposuissent, forsitan & quod volebant
 minùs essent assecuti, & eiusdem dignitatis socie-
 tate, Reipublicæ libertas concidisset. Iam verò apud
 Romanos authoritati Consulium intercessores ex
 plebe dati sunt Tribuni, vt illorum imperio popu-
 lus à se Patrum iniurias & senatus licentiam amoue-
 ret, hisque ducibus infirmi homines inter potentis-
 simos ciues securi versarentur. Quòd si ex Patritijs
 aliqui ad eum magistratum lecti essent, vetus illa
 & summa Consulium potestas in plebem forsitan
 fuisset impotentior. Eos ergo qui quondam de re-
 ligione conuentus habuerunt, satis dignè laudare
 queat nemo. Sed tamen peruellem tantum cautio-
 nis in ferendis illis decretis adhibuisse, vt in eos
 qui illam temporum disciplinam violassent, perfa-
 cilis pœnæ certatio esse potuisset. Qui autem ijs
 legibus quas fermè offendunt soli, tutores ex sena-
 tus consulto dantur, non inuiti earum authoritatem
 apud homines senescere patiuntur. Hæc si bene &
 sapienter attendissent ij, sub quorum tutela & præsi-
 dio iacent ornamenta religionis nostræ, non tandiu
 illa auaritiæ sica in Ecclesiæ lateribus versaretur.

*Theopompos.
 Ephori.*

*Consules.
 Tribuni.*

*Spartiat.
Pythius va-
tes.*

Quia autem in rebus exulceratis, & propè iam ad summam inopiam redactis versamur: reliquum est ut in tantis calamitatibus & angustijs temporum Deum optimum maximum deprecemur, ut felicius nobis eueniat quam Spartiatibus, quos auaritia perituros Pythius vates multis antè seculis præfagierat. Quod à nobis (ut spero) auertet, si Salomonis Ecclesiastem secuti, & in Deum virtutemque defixi, quæ extra nos longè sunt posita velut inanitatis plenissima omnino contemnamus. Nihil enim est amabilius virtute, nihil præstantius: quam qui non probant non video sanè quid sit quod in natura rerum laudandum putent. Nunc verò opinionibus hominum leuiter eruditorum deprauati, ita viuimus, ut quasi magnum illum & vertentem annum vitæ, operam, diligentiam, studia denique omnia quærendis opibus conferamus. Si autem vitæ miserias & calamitatem animo complecteremur, omnis medijsfidius, ille labor nobis è manibus excideret. Itaque sapienter mihi videntur fecisse Traces, qui cum hominum ærumnas longo vsu peruidissent, nuper in lucem æditos summis lachrymis: qui verò è vita migrabant, incredibili lætitia & visceratione prosequerentur. In quo & Theophrasti leuitatem nemo non videt, qui cum perspiceret se corporis vinculis mox liberandum esse, parùm gratè & honorificè de natura prædicans, & cum ea quasi damni disceptans de officio exoptulabat: quòd animantibus brutis diuturniorem quàm ipsi homini vitam concessisset. Qua re quid inconstantius & minus Philosophicum? Victus opinor vitæ desyderio non me-

Traces.

Theophrasti.

mi

minerat eorum quæ diuinè admodum Plato de immortalitate animorum scripta reliquerat. Quæ quum Egefas frequenti hominum schola in Ægypto recitaret, tantam vitæ satietatem ei nationi attulit, ut innumerabiles propè se ex editis locis in conuallem egerint: ut immortalitatem quam aliquando temporis necessitas esset allatura, constantia & animi magnitudine anteuertent. Quorum tantum apud homines valuit opinio, ut lege lata fuerit permillum ijs qui iustam mortis sibi consciscendæ causam apud iudices probarent, vim sibi afferre, & iniussu summi Imperatoris de præsidio vitæ decedere: quod Adrianus edicto constituisse fertur. Atque eiusmodi spectaculi testes Alexandrum Magnum & Sext. Pompeium fuisse legimus. Ex eadem causa etiam & illa manauit consuetudo, qua filius non vulgari se officio de patre mereri iudicabat, si iam grandem natum & sexagenarium parentem, de ponte in confluentem deijceret: ut eas miserias quas affert & natura & senectus, pientissimus filius à patris ceruicibus depelleret. Quod etsi parùm liberale est, & à Christianis hominibus alienissimum, eò tamen pertinet, ut sciant omnes, rerum humanarum incertitudinem & fragilitatem barbarorum hominum animis infidisse. Quibus si præstantissimum veritatis Evangelicæ beneficium fortuna non inuidisset, quanta fortitudine, virtute, patientia, frugalitate & rerum humanarum contemptione futuros fuisse arbitraris? Ac si lubet veterum Principatus & Imperia, easque nationes quæ aliquando rerum potitæ sunt meminisse, quis vnquam posset adduci, nisi tot & tantis li-

Egefas.

*Adrianus.
Alexa. Mag.
Sext. Pompe.*

N

terarum monumentis fides eius confirmaretur, ut
Perfarum Principatus. Perfarum Reges ab India ad Æthiopiam, centum viginti prouincijs quondam imperasse existimet? At tanti regni maiestas apud Issum vno prælio concidit. Omitto Assyrios, Babylonios & Macedonas, qui patriam suam victorijs & hostium manubijs tantopere decorarunt. Quis verò non videt simulachrum Romanæ Reipublicæ in tot literarum monumentis prope modum expressum? At eius ne vlla restat adumbratio. Tanti imperij amplitudinem cum animo cerneret D. Augustinus, se illius videndi incredibili cupiditate incensum affirmabat. Verum quem Euripum, quod fretum, tot habere fluctuum agitationes existimare possumus, quot in gubernaculis Rerūpublicarum commutationes obtinet ipsa fortuna? quæ cum in omnibus rebus, tum certè in principatibus & re militari plurimum potest. Quis igitur hæc cogitatione perspiciens, magis laudandos eos cum Salomone non iudicat, qui his tenebris erepti, ea vita fruuntur quæ sola vita est nominanda, quam qui adhuc in ambitu, honorum cursu, & opum desiderio vitæ cursum conficiunt? Longè verò feliciores sunt ij, qui nunquam nati sunt: si modò eius quod non est, aliqua potest esse felicitas. In qua sententia Silenum fuisse memoriæ proditum est. Neque verò ab ea longissimè abfuisse Solonem totius Græciæ sapiētissimum iudicare possumus, qui Cræsum Lydorum Regem florentem opibus & imperij gloria, infelicem prædicare ausus est: quòd in hac vita nisi infortunatissimus esse queat nemo. Cuius opinionis periculum fecisse Cræsum legimus, qui in summa calamitate captus amisso reg

so regno, cum in pyram extructam præcipitem dare se iuberetur, clara voce Solonem dicitur exclamasse. Quis verò aut risum aut lachrymas (neque enim omnes Democriti sunt) tenere possit, si Pasaitum illum Turcarum Imperatorem imperij magnitudine & rerum gestarum gloria præstantissimum, viderit iussu Tamerlani Tartatorū Regis cauea inclusum circumferri, & ab omnibus canis haberi loco? Quem nostrū ad miserationem nō adducit Constantini vltimi Græcorum Imperatoris calamitas? Quem illius vxoris & primariarum regni sceminarum, ignominia & impudicitia plenissima mors nō commouet? Quem deniq; totius gentis turpissima seruitus? Hæc certè & perniciofa magis, etsi quotidie in vniuscuiusq; oculis versentur, considerat nullus. Quorum imaginem cum longo, opinor, rerum vsu Grillus peruidisset, noluit ex porco iterum ad humanam formam redire, quòd omnium animantium longè infelicissimum iudicaret hominē: cui si vel horas aliquot in tranquillitate viuere vsuenerit, de lucro vixisse sit existimandus. Itaque Salomonem nostrum velut è vestigio sequentes, quid tandem in oculis versari potest, quo nō mortuos ipsos felicitate viuentibus præstare iudicemus? Nam si mori nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem, quid causæ est cur turbulentissimis istis temporibus aliquis nostrū mortem ipsam accusare possit, aut non ipsa aliquo potius beneficio affecisse nos sit existimanda? Quod cum Salomonī incredibili sapientia viro planè perspiceretur, facilè eam sententiam animo est complexus, quæ nihil homini reliquum esse censet, præter eas delicias, quæ in curando corpore omnino sunt

*Vilitas Cal
daic. & Para-
phrases.*

*David.
Latitia in le-
ge.*

M. Regulus.

*Anaxar-
chus.
Nicocreon.*

Apostoli.


positæ . Verùm id ab hominum bene sentien-
tium animis planè alienum, Caldæus paraphrastes
ad æquitatem reuocauit : vt eam voluptatem (qua
felicitatem huius seculi statuisse videtur Salomon)
in bonis reputaret, quæ vt cum operibus legis con-
iuncta est, ita nos incredibili gaudio cumulare so-
let . In quo Dauidi videtur subscripsisse, qui iustos
& eos qui aliquo velut sacramento Deo se obstrin-
xerunt, gaudere iubet . Quid enim est tam cum
virtute consentiens, quàm in Domino latitia affi-
ci? A quo quæso vnquam pro fide, religione &
operibus legis suscepta est propugnatio, qui non in-
credibilem animo voluptatem ceperit. Atque ne sem-
per Christiana confectet, quis fortissimè aliquan-
do pro patria dimicauit, qui non vel in ipsa contentio-
ne omnibus lætitijs incesserit? Quis etiam eorum, qui
ad voluntariam mortē pro publica salute cursum e-
quorum incitauerunt, non in ipso mortis discrimine,
præsentem calamitatem spe immortalitatis sit conso-
latus? Et pueri Lacedæmone ad aram virgis plerun-
que cædebantur: at eorum nemo non solum non
exclamabat, sed ne hiscebat quidem . Adolescentuli
etiam Olympiæ, & Barbari in arena inspectante po-
pulo plagas excipiebant, & tamen ferebant silen-
tio . Marcum igitur Regulum quum torqueretur à
Pœnis, ærumnosum, aut Anaxarchum Philosophum
quum à Nicocreonte pistillis tonderetur miserum ne-
mo nisi insanus iudicauerit . Neque enim illorum
animi magnitudo & constantia (vt ait ille) vel in ipso
equuleo, torquebatur. Ac si volumus nostra cum
externis conferre, qua tandem animi alacritate Apo-
sto-

stolos & innumerabiles alios pericula & corporis cru-
ciatus adijisse legimus? nonne ad ipsa supplicia non
vulgarem lætitiæ significationem videmus attulisse?
Efficitur igitur vel in summis doloribus non tan-
tùm illa Hieronymi Philosophi indolentia, sed gau-
dium & numeris suis absoluta tranquillitas : de qua
sicut in Euangelicis libris sermonem fieri fides
nostra constantissimè loquitur, ita certè non a-
liam verbis Salomonem complexum fuisse possumus
susplicari . Nam nec iisdem equis velisque retinendâ
esse voluptatem cœsuit Salomon, quibus aut Cyrenai
ci, aut Anicerij, qui omnem lætitiâ & volupta-
tem ad sensum corporis non autem ad animum re-
uocarunt: sed in ea tranquillitatem posuit, quam si
à virtute dimoueas, non habeat in quo possit
consistere .

Habes mi frater, quæ ad Ecclesiastis sententiam
dicenda existimauimus . Etsi autem longius forsan,
quàm vel singularis illa animi tui incitatio pati pos-
set, aut omnino decretum haberemus, nostra ex-
currit oratio : sic tamen statuas velim, breuiore
nos fuisse quàm res tanta dici potuisset . Sed quemad-
modum nimium secunda nauigatio sæpissimè oram
legentibus obesse solet, ne terram aut portum omni-
no queat contingere: sic rei subiectæ cursu forsan in-
citatiore tam sum in altum inuectus, vt nisi egrè me
ipsum reuocare possem, potiùsque frænis quàm cal-
caribus viderer indigere . Sed tamen de his aliquan-
do forsan copiosius . De mea autem voluntate sic ha-
beto, nihil tibi magis promptum esse, quàm in o-
mnibus quæ ad te pertinebunt, officium, studium

operam & diligentiam meam. Quod etsi tibi
cumulatè persuasum esse certo scio, vincam tamen
voluntate cogitationes tuas, mèque to-
tum ad amicitiam nostram ductum-
que tuum applicabo. Interea nos,
vt soles, ama. Vale. Auc-
nionè, Calendis
Sextilibus.

1553



Lugduni,
Matthias Bonhomme excudebat.